


ALTINGI  
II  
Hebraea

M I P S W R

1 6 7 3









JOHANNIS SPINDLERI  
HOROLOGIUM  
CHALDAICUM

*ad*  
*Methodum Schickardianam*

accommodatum,

nunc verò

revisum & auctum

*ab Illius Successore*

M. JOHANNNE Wölffing/

Illustr. Collegii Saxo-Coburgici Lin-

gvar. Oriental. nec non Mathes. Prof. P.

& Pædagogiarçhâ.



COBURGI

Typis Ducalibus,

Anno clò lò c LXIIX.



כ"ט

**R**edit ad Vos, Studiosi Juvenes, B. Spindleri, Optimi Praeceptoris, tum vestri, tum mei, ac Collegae per dilecti, Horologium Chaldaicum, quod nunc recusum denuo in Gymnasio nostro sistitur atque exhibetur. Cum enim Studiosi quidam, quorum Nomina mox subjunguntur, illud sibi praelegi & explicari maximopere optarent, & a me quoque hoc officium peterent, neque ulla tamen exemplaria superessent amplius, facile annui, ut non tantum suis sumptibus imprimi hoc Horologium curarent; verum etiam me Duce ac Praeside in eo disputando se exercerent, vel hoc nomine, quod LL. Oriental. Professionem mihi pro-



pronuper demandatam intelligerem.  
Ac est præterea Horologium hocce  
ita conscriptum, ut singularis, quã  
pollebat Vir laudatus, in docendo  
dexteritas, prolixitatem omnem, quæ  
tadium & in Linguarum cumpri-  
mis progressu remoram discipulis  
injicere adsolet, evitans, & κατὰ πόδας  
Cl. Schickardi regulas cum exemplis,  
illarumq; ad hæc convenienti adpli-  
catione instillans eluceat. Accipite  
ergo, Vos mei Charissimi, & gratã  
mente laborem huncce exoscula-  
mini, præprimis, qui in Originali  
Danielis & Esdra textu, nec non  
Paraphrasi Bibliorum Chaldaicã  
olim feliciter versari an-  
helatis.

No-



*Nomina Respondentium.*

I.

Johannes Andreas Hoffmann / Isle-  
bientis Saxo.

II.

Johannes Engel / Coburgensis.

III.

Johannes Christianus Schwarz /  
Saltzungenfis.

IV.

Johannes Casparus Bulæus , Werth-  
hemiâ - Francus.

V.

Johannes Laurentius Seher / Lindâ-  
Francus.

VI.

Johannes Laurentius Seelmann / Co-  
burgensis.

HO: בנה





כנה

HOROLOGIUM CHALDAICUM  
METHODO SCHICKARDIANA

adornati

CAPUT I.

DE LECTIONE.

Docet legere 1. Consonantes. 2. Vocales. 3. Tonum rectè locare.

I. CONSONANTES.

**C**haldæi legunt sinistrorsum. Regula  
ut Ebræi & cæteri Orientales, ex-  
ceptis Æthiopibus, qui, more Occiden-  
tali, dextrorsum legunt. Singulas li-  
teras, quas cum Hebræis nunc communes  
habent, sigillatim ponunt: quò ipsò à  
Syris ac Arabibus differunt, quippe  
qui illas connectunt. Vocales etiam à  
consonis separant.

Consonas numerant XXII. 2.  
ut Ebraicè.

Quarum nomina, figuras & potestates  
vide in Horologio Ebræo Schickardi.

A

Ra-



3. Ratione pronunciationis distribuuntur in Gutturales, Labiales, Palatinas, Linguales & Dentales, ut Ebraicè.

Nempe 1. Gutturales quatuor: אהחע. 2. Labiales totidem בומף. 3. Palatinas similiter totidem, nempe קגיכך. 4. Linguales quinque, דטלנת; & denique 5. quinque Dentales, nempe, זסצרש. Ubi notandum est hujus distinctionis usum hic esse longè maximum. Facile n. ejusdem organi literæ inter se permutantur, non tantùm in eadem linguâ: sed ex Ebraeis voces multe fiunt Chaldaica solâ literarum ejusdem organi permutatione. Ita v. g. ex lingualibus mutato ד in ט ex דָּבָה in-  
famia, fit Chaldaicum טָבָא: ex palatinis mutato ג in כ ex גְּפִירִית fit Chald. כְּבִרִיתָא sulphur. Similiter ex labialibus mutato ב in פ ex בְּרִזָּל fit Chald. פְּרִזָּלָא ferrum, &c. Quid? quòd frequenter literæ dentales commutantur cum lingualibus & contrà, ut א Ebr.

mu-



mutatur Chald. ferè in ג. Ita ex E-  
 braeo אֶרֶב aurum, fit Chald. אֶרֶב. א̇ saepe  
 in ט, ut ab Ebr. אֶבֶר hinnulus, fit Chal-  
 daic. אֶבֶר. א̇ aliquando mutatur in ג.  
 ut אֶבֶר filius, fit Chald. אֶבֶר filius. שׁ usi-  
 tatisimè mutatur in ת, ut ex Ebr. אֶבֶר  
 reversus est, fit Chald. אֶבֶר: & hoc ipsum,  
 quia ת ap. Ebr. saepe effertur ut S. lati-  
 num, ut תִּפְלוֹת pronunciant tephillos:  
 saepe etiam א̇ mutatur in gutturalem ע,  
 ut ex אֶרֶץ terra, fit Chald. אֶרְעָא. Dieu  
 l. i. Gr. Harm. c. 2.

Schin cum dextro puncto sibi- 4.  
 lat crasius: exilius cum sinistro,  
 ut Ebraicè.

Ut אֶבֶר jacere. אֶבֶר mercus. Quæ  
 puncta interdum cum cholem coincidunt,  
 ut Ebraicè. ut אֶבֶר colligere, ex forma  
 Pahal.

Dagesch lene literas בגדכפה 5.  
 indurat, ut Ebraicè.

Dagesch est duplex: Lene & Forte.  
 Dagesch lene est punctum impresum.  
 litera בגדכפה ab initio, vel post scheva



mutum, & facit, ut literæ duriusculè sonent, ut Ebraicè. vid. infr. r. 141.

6. Forte literas geminat, ut Ebraicè.

Ut, קֶדַּח *precipe, lego pak-kedh*; non *pakedh*. Ubi tamen notandum: 1. saepe illud in א resolvi, ut עֲבָדָה *scientia*, pro עֲבָדָה. 2. Ejus loco in Targum editionis Venetæ sæpissimè esse אֵס, adeoq; geminum, si literæ אֵס dagesandæ fuerint. 3. ex litera schevata frequentius excidere, quàm Ebraicè. 4. ex Gutturalibus familiarissimè sine indicio א compensatione excludi, uti progressus fusiùs docebit. vid. Buxt. l. i. Gramm. Chaldæo-Syr. c. i.

7. Aleph semper quiescit, ut Ebraicè.

Totidem a. literas quiescentes Chaldaei agnoscunt, quot Ebraei, nempe 4. אהוּ. Exempla sunt obvia.

8. He finale nunquam legitur, ut Ebr.

Ut, גֵּלָה *migravit*, lego *gelá*, non *geláh*. Nisi punctô Mappik notetur, ut Ebr. ut עֲבָדָה *servus ejus* f. lego *abdáh*, non *abdá*. Vav



DE LECTIONE.

Vav cum cholem & schurek 9.  
obmutescit, ut Ebr.

Ut שׁוֹרְשֵׁי הַחַיִּים *radices suas Pl. LXXX,*  
10. קִדְּשָׁא *sanctitas.*

Jod finale filet post chirek, vel 10.  
Zeri, ut Ebr.

Ut, מַלְכֵי *rex meus,* מַלְכֵי *reges.*  
Cum cæteris vocalibus & medianum  
vocali casum cum (־) movetur &  
coalescit in Quasi-Diphthongum. ut,  
מַלְכֵיךָ *malkáich, reges tui, Dan. II, 4.*  
& 29. & c. IV, 16. מַלְכָּי *malkái, reges*  
*mei,* מַי *mói, aqua.* Ubi notandum:  
*literas quiescentes facile inter se permu-*  
*tari non tantum in eadem Lingua; sed*  
*etiam quando ex Ebraicis dictiones fiunt*  
*Chaldaea, uti mutato ו in נ à טוב bo-*  
*num esse, fit Chald. טַב; à בּוֹשׁ pude-*  
*fieri fit Chald. בְּהַת, mutato ו in ה, ע*  
*ו in ה; à בָּהוּ inane, fit Chald. בְּהֵי,*  
*ו in ו mutato. Dieu l. i. Gr. Harm. c. 2.*

II. VOCALES.

Vocales sunt quindecim, 5. II.  
longæ, 5. breves & 5. brevissimæ,  
ut Ebr.

A 3

Qua-



*Quarum nomina, figuras & potestates vide in Horol. Ebr.*

12. Pathach genubha legitur ante Consonas ע ח ה , ut Ebr.

*Ut , יהושע altus. נח Noah. יוסף Josua. At post zeri, pathach illud omnino respuit. Buxt. lib. 1. Gramm. Chaldaeo-Syr. c. 1. Ita lego ביה in eo: non ביה. Est etiam sub consonis pro scheva ante finale, ut Ebraicè. Dieu l. 3. c. 2. p. 191.*

13. Scheva legitur 1. ab initio. 2. sub dagesch. 3. post socium , ut Ebr. 4. post pathach sub Jod.

*Ut , פקד פקדתי. פקדתי precipi. אתפקדא precipi. ביתא domus. עינין oculi. חזית vidisti, & similia.*

14. Quiescit verò 1. ante socium scheva. 2. post brevem. 3. in fine. 4. post longas plerumque.

*Ut , אתפקדא precipi, פקדתי precipisti f. עצתא consilium. בישתא malum. אורכא longitudo. Vid. Buxt. d. 1.*

15. Voces circellô notatæ aliter leguntur, ac scriptæ sunt, ut Ebr.

In



*Intellige in textibus Chaldaicis Ebraeo insertis. In Targum nil hujusmodi reperitur.*

## III. TONUS.

Tonus plerumq; est in ultimâ, 16.  
*ut Ebr.*

*Et tunc vox similiter Milra dicitur, ut* אָבִי *Pater.*

Sed penacuta sunt, quæ in ? 17.  
*vel. desinunt.*

*Ut, בַּיִת, domus. בְּנֵי, adificantes. Esa. IV, 12. Et tunc vox dicitur Milhel (:) in Chaldaismo improprium est & non nisi ab Ebræis mutuatum. Hinc, quæ sunt formæ סֵפֶר liber & מֶלֶךְ rex, reducenda sunt ad formam Chaldaicam סֵפֶר, מֶלֶךְ. Vid. Buxt. l. i. Gramm. Chaldæo-Syr. c. 3.*

Item, quæ in servilia כִּי, נָא, הָא, 18.  
*וְהִי, וְי, & verbalia אָ, הָא, נִי, וְי, וְהִי terminantur.*

*Ut, מַלְכֵיהָא reges ejus f. רַגְלֵיהָא pedes nostri. מַלְכֵיכִי reges tui f. מַלְכֵיהָא reges ejus m. מַלְכֵיהָא (הָ per Crasin excluso)*



נפקא egressa sunt, חשבתי cogitasti m.  
 (ubi N. est loco Ebraeorum ה paragogicè  
 appositi. vid. Dieu l. 3. Gramm. Harm.  
 c. 2.) שקדתי praecepisti mihi. שחיו  
 miserunt. שקרי praecepe f. Nomina  
 cum ך, suffixo sing. num. milra sunt;  
 non milhel. Huc refer Infinitivos  
 cum ך ו ה (quod ex Ebraismo reti-  
 nent) Paragogico, ut מלכפרא ab ex-  
 piando. לבקרה ad quaerendum.

## CAPUT II.

## DE SCRIPTIONE.

Docet exarare 1. Consonas. 2. Vo-  
 cales. 3. Numeros. 4. Currentes  
 literas.

## I. CONSONAE.

19. Literæ sunt æquialtæ, trans-  
 versim crassiusculæ, deorsum  
 tenuiores, ut Ebr.
20. Sex dilatabiles ם ה ת  
 ל ן ם complementi, vel or-  
 natûs gratia diducuntur, ut Ebr.
- Quin-



Quinque finales 𐤒𐤕𐤓𐤓 in di- 21.  
 Etionum clausulis extenduntur,  
 ut Ebraicè.

## II. VOCALES.

Regulam 22. Ebræor. Chaldæi 22.  
 non agnoscunt.

Cholem à contiguo puncto ab- 23.  
 sorbetur, ut Ebraicè. *Exemplum vid.*  
*reg. 4.*

Camez chatuph tantò rariùs 24.  
 usurpatur, quantò sæpiùs pro il-  
 lo mansit cholem, ait Buxtorf. l. 1.  
 Gramm. Chaldæo-Syr. c. 1.

𐤒 finale Camezatum Chaldæi 25.  
 non habent: hinc omni 𐤒 finali (:) *in-*  
*scribunt.*

## III. NUMERI.

Monadici exprimuntur no- 26.  
 vem prioribus literis: denarij

A 5

suc-



succedaneis novem : centenarij reliquis, *ut* Ebraicè.

*Ut*, <sup>10.</sup> א, <sup>9.</sup> ב, <sup>8.</sup> ג, <sup>7.</sup> ד, <sup>6.</sup> ה, <sup>5.</sup> ו, <sup>4.</sup> ז, <sup>3.</sup> ח, <sup>2.</sup> ט, <sup>1.</sup> י.  
<sup>200.</sup> כ, <sup>100.</sup> ל, <sup>90.</sup> מ, <sup>80.</sup> נ, <sup>70.</sup> ס, <sup>60.</sup> ע, <sup>50.</sup> פ, <sup>40.</sup> צ, <sup>30.</sup> ק, <sup>20.</sup> ר,  
400. 300.  
ש, ת.

27. Intermedij ex his componuntur majore semper præmissô, *ut* Ebraicè.

*Ut*, <sup>57.</sup> יב, <sup>44.</sup> יג, <sup>33.</sup> יד, <sup>21.</sup> טו, <sup>12.</sup> טז, *pro* יה, *quod est* è nominibus divinis, similiter reverentia causâ literis טו *utuntur*.

#### IV. CURRENS SCRIPTURA.

28. In manuscriptis utuntur alijs characteribus, *ut* Ebraicè.

29. Adhibentur etiam scripturæ compendia, *ut* Ebraicè.

*Ita literis בטר expriment elegantissimam illam Chaldaeorum sententiam, quam Rabbini in librorum principijs usurpant : בְּסִיעֵתָא דְּשָׁמַיָא i.e. cum auxilio caelesti.*



CAPUT III.  
DE NOMINE.

Tradit Nominum 1. Formas. 2. Ge-  
nera. 3. Numeros. 4. Regimen,  
quod est loco Casuum.

I. FORMA.

Nomina formantur à verbis, 30.  
ut Ebraicè.

Sic ex מלך regnavit, formatur מלך  
rex. Rarissimè hæc ordine inversò à  
nominibus descendere videmus. Et, ut  
apud Ebræos, sic quoq; Nomina vel per-  
fecta, vel imperfecta sunt: & utraque  
vicissim vel Nuda, vel Aucta. Et Nuda  
iterum vel Levita, vel Gravia: paucissi-  
ma Milhel. de quibus vid. reg. 33.

Levia desinunt in vocalem, 31.  
longam præcedente frequentissimè  
scheva; interdum tamen longâ  
quoq;.

Posunt autem horum Nominum di-  
verse constitui classes pro terminationum  
diversitate, ut Ebraicè. 1. usitatissimè  
in pathach, ut, מלך liber. 2. in Camez,  
ut,



ut, כֶּתֶב scriptum. 3. in Zeri, ut, אֵלִים  
 imago. 4. in Chirek m. ut, כִּלְיֹל corona.  
 5. in Cholem, ut, נְהוֹר lux. 6. in  
 Schurek, ut, מִתְּהוֹר terminus, Psal.  
 CIV, 9.

32. Gravia desinunt in longam,  
 precedente brevi, quam Da-  
 gesch sequitur, ut Ebraicè.

Et quinque similiter classium sunt. 1. in  
 Camedz finit, ut, כֶּפֶץ fur. 2. in Zeri,  
 ut, שֹׁדֵד rudis. 3. in Chirek m. ut, שֹׁדֵד  
 sanctus. 4. in Cholem, ut, פִּדְדֹד ruber.  
 5. in Schurek, ut, תִּנּוּר furnus. Per-  
 tinent huc quoque, quorum dagesch  
 omisum est ob Gutturale, vel Resch,  
 & vocali longâ compensatâ, ut, שֹׁרֵט  
 incantator, ex Pabel שֹׁרֵט incantavit.  
 vid. reg. 129.

33. Penacuta s. Milhel Sægolata  
 Chaldæi non agnoscunt.

Si quandoque hujusmodi Nomina apud  
 ipsos occurrunt, impropria illa & ab  
 Hebraeis mutuata esse intellige. vid. su-  
 pra reg. 17.

Au-



Aucta initio tantum pleraq; 34.  
Mem gerunt in frontē, ut Ebraicē,  
& plerumque pro longis Camez  
& Zeri terminantur in pathach.

*Ubi prima radicalis more Ebraeo ad-*  
*sciscit scheva, quando aliqua Heeman-*  
*tica littera preponitur, quae ipsa brevem*  
*nanciscitur vocalem, plerumq; pathach;*  
*interdum chirek, ut Ebraicē. ut משכן*  
*habitatio pro Ebr. משכן idem. מתקן*  
*pondus pro Ebr. משקל (ש preterea in*  
*ת converso. vid. supra reg. 3.) Quae-*  
*dam א premittunt, ut, ארע brachium,*  
*ארכוב genu &c. Nonnulla ה in fron-*  
*te gerunt, ut, תלמיד discipulus. Pauca*  
*נ, ut, נחשול tempestas.*

Aucta fine tantum partim as- 35.  
sumunt Nun vel Jod, ut Ebraicē.  
Partim Aleph vel Thav.

*Priora autē similiter Generis Mascu-*  
*lini sunt, ut, קרבן oblatio. פלח cultus.*  
*גור raptor. גברי alienus. Posteriora ו.*  
*fœminina sunt, ut, צדקה justitia. חוכמה*  
*sapientia, מלכות regnum, פלית ster-*  
*qui-*



*quilinium. Ubi nota: Nomina desinentia in ת per apocopen illud quandoq; abjicere, ut: מַלְכוּת, נְלִי, &c.*

36. Utrunque aucta incipiunt à Mem vel Thav, & desinunt in Aleph vel Thav.

*Ut: תְּנַחֲמָא ephippium. תְּנַחֲמָא consolatio. מְשֻׁרוּקִית fistula. Ubi נ est pro ה Ebr. Nonnulla quoque ab נ inchoantur, ut, אֶצְרוּחֹת clangor.*

37. Imperfecta Conjugationum suarum anomalias sequuntur, ut Ebraicè.

1. à defectivis Pe Nun orta sunt: מִזָּל *sidus, fortuna, divitia, דָּתָן donum à rad. נוֹל fluere, נָתַן dare, ubi prima radicalis per dagesch absconditur, ut Ebraicè.* 2. à Geminatis oriunda sunt: לֵב *cor, אֵיב fossa, צַד latus, אֶבָּא fructus, עַמָּא populus: ubi defectus alterius similis amissa in auctis à fine post brevem per dagesch indicatur, more Ebraëo.* 3. à quiescentibus Pe Jod derivata sunt: עֵטָא *Consilium. יָקָר.*  
glo-



gloria. מוֹעֵד solennitas &c. 4. à verbis  
 Ain Vav vel Jod enata sunt : טוֹב bo-  
 nus, חוֹב debitum, מִדְּרַח habitatio &c.  
 5. à Lamed Aleph originem trahen-  
 tia sunt : אֲרִיזָה bestia, אֲרִיזָה  
 Confessio, אֲרִיזָה lex.

## II. GENUS.

In radicalem, vel וִין desinentia 38.

Masculina sunt, ut Ebraicè.

Ut, אֲרִיזָה liber, עֵדֶן tempus, עֵלָם se-  
 culum, אֲרִיזָה justus. Excipiuntur tamen  
 hîc Nomina, quæ patiuntur apocopen  
 אֲרִיזָה & foemina sunt, ut, אֲרִיזָה precatio,  
 אֲרִיזָה justitia, אֲרִיזָה sterquilinum, pro  
 אֲרִיזָה, אֲרִיזָה, אֲרִיזָה. vid. supra reg. 35.

In servilem ה vel ה finita sunt 39.

Foemina, ut Ebraicè.

Ut, אֲרִיזָה confessio, מַלְכוּת regnum,  
 אֲרִיזָה precatio, אֲרִיזָה justitia, אֲרִיזָה ster-  
 quilinum. Ubi nota: 1. Chaldaeos ה  
 in א, mutare. 2. terminationem femi-  
 ninorum in ה, in linguam Chaldaeam  
 sæpè ab Hebrais transire, & sic semper,  
 quum ultima radicalis, aut pro ea est א,

ne



ne duo  $\aleph$  in fine concurrant, quod Chaldaei fugiunt. (vid. Dicu Gram. Harm. 1.2.c.2.) nisi, quod bis apud Danielelem sit  $\aleph\aleph$  herba, quum aliàs legatur:  $\aleph\aleph$ . Atq; hæc causa est, quod etiam Masculina formæ Emphaticæ apud Chaldaeos sæpè terminentur in  $\aleph$ , ut  $\aleph\aleph$  justus.  $\aleph\aleph$  excelsus. Aliàs Ebraeorum  $\aleph$  Chaldaicè in  $\aleph$  mutatur. 3. Sæpè apud Chaldaeos in  $\aleph$  servile finire, quæ Masculini generis sunt, formæ scilicet Emphaticæ: Et tunc solâ significatione à femininis discrepare. Neutra apud Chald. nulla occurrunt: per feminina autem Et illa exprimunt, ut Ebraicè. De propriis mulierum Et muliebrium officiorum Et c. monere non est opus.

40. Foemininum formatur à Masculino in  $\aleph$ .

Ut,  $\aleph$  bonus.  $\aleph\aleph$  bona. Quæ desinunt in  $\aleph$  quiescens, convertunt id in mobile. ut,  $\aleph$  pulcher.  $\aleph\aleph$  pulchra. Gentilia, aliq; Nomina in  $\aleph$  finientia mutant  $\aleph$  in  $\aleph$  cui  $\aleph$  subjungunt, ut,  $\aleph\aleph$



קְדָמִי *Aegyptius*, מִצְרָאִתָּה *Aegyptia*.  
 קְדָמָה *prima*.

## III. NUMERUS.

Dualis formatur à singulari in 41.  
 יָדַי, sed rarior est.

Ut, יָדַי *manus (ambae)* Dan. II, 34.  
 à sing. יָד *manus*. Quamvis Ludovicus de Dieu l. 2. Gramm. Harm. c. 5.  
 existimet, hoc ex Ebraismo esse & Chal-  
 daeos dualem numerum non agnoscere.

Pluralis Masculinorum (in 42.  
 formâ absolutâ) formatur à sin-  
 gulari Emphatico, mutatô tan-  
 tùm נָ in יָ.

Ut, סְפָרִיין *libri ex סֵפֶרָא*, זְבָרִין *viri*  
 ex זֶבֶרָא. Sunt & quædam pluralia  
 tantùm, ut, חַיִּין *vita*.

Pluralis Fœmininorum (in 43.  
 formâ absolutâ) formatur à suo  
 singulari absolutô, mutatô נָ  
 in יָ.

Ut ex בְּתוּלָא *virgo*, fit בְּתוּלָן *virgines*.  
 Ubi nota: Chaldaeos triplicem Nomi-

B

num



num formam habere in utroq; genere & numero, cum singulari, tum plurali: Absolutam, Emphaticam & Constructam. In singulari forma Emphatica Masculinorū formatur ab absoluta in נָ, ut ex סֵפֶר liber, fit סֵפֶרָ: Foemininorum, si in absoluta formā desinant, ut Masculina, Emphaticam quoque, ut Masculina, formant in נָ, uti ex אֶרֶץ terra, fit אֶרֶצָ: Sin verò in נָ desinant, vel הָ, Emphatica formatur mutando terminationem illam in נָ præcedente scheva, sive simplici, sive compositò, ut ex מְדִינָה urbs, fit מְדִינָתָ, ex נְבוּאָה prophetia, fit נְבוּאָתָ. Foeminina in אָ, quæ à Masculinis in יָ fiunt, pro נ resumunt יָ, ut קְדָמָה primum, emphat. קְדָמִיתָ. Targumicè קְדָמִיתָ. מִצְרַיִם Egyptia, מִצְרִיתָ. In plurali Masculin. Emphaticam formant similiter ex absolutâ, convertendo terminationem יָ in יָ, ut ex זְבָרִין fit זְבָרִיָ. Foeminina itidem ex absolutâ fiunt, יָ in יָ, mutando, ut ex בָּת



בְּתוּלָהַּ *virgines fit* בְּתוּלָהַּ. *Ubi nota:*  
 1. Terminationem וַת & וְת pluraliter  
 in formâ absolutâ mutari in וַ: unde  
 postea Emphatica usitatô fit more.  
*ut*, מְלָכֹת regnum plur. facit מְלָכִין:  
*unde Emphatica* מְלָכֹתָ. *Quod mul-*  
*ta alia imitantur, quæ vide apud Buxc.*  
 l. 1. Gramm. Chaldæo - Syr. c. 4. 2.  
 Terminationem יַת in יַ, *ut*: זְרַעִית  
*familia facit* זְרַעִין. 3. Quæ à Masculi-  
 nis in יַ veniunt, יַ in plurali quan-  
 doque resumunt *ut ex* יְהוּדָא *Judea,*  
*fit* יְהוּדִין. 4. אִמָּה mater, plur. facit  
 אִמָּהִין, אִמָּתָא ancilla, plur. אִמָּהִין *vel*  
 אִמָּהִין. בַּת filia in plurali sequitur  
 flexionem Ebraicam, בָּנִין. *Quo-*  
*modo Constructa formentur vide reg.*  
 45. & 46.

Quædam Masculina pluralem 44.  
 formant more foemininorum &  
 contrà, *ut* Ebraicè.

Ex Masculinis usitatoria sunt: אָב  
*pater*, שֵׁם nomen &c. E' Foemininis:  
 מִלָּה *verbum*, רוּחַ *spiritus*. Quædam



utroque modô formantur, ut, קל  
 vox, in plur. facit קלן ו קלין.

## IV. REGIMEN.

45. Singularia Fœminina propter  
 regimen mutant נ, vel ה, in ת.

Ita בתולה א virgo, in regimine facit  
 בתולת. נבואה prophetia, ut  
 Ebraicè. Pluralia ׀ in ת convertunt,  
 ut ex בתולין virgines, fit בתולת.

46. Pluralia verò Masculina ׀ in י  
 convertunt, ut Ebraicè.

Ut, יבירין in regimine facit יבירי viri.  
 Sic & Dualia, si occurrunt, (vid. reg.  
 41.) ut ex ידיו manus, fit ידי.

## CAPUT IV.

## DE VERBO.

Docet verba perfecta 1. ad normam  
 paradigmatis inflectere. 2. pro-  
 pter quasdam literas non-  
 nihil variare.

47. Inflexio verbi fluit ab una ra-  
 dice plerumq; trilaterâ, ut Ebr.

Et



Et radix caterorum constituitur vulgò tertia persona præteriti Peal, propter sui simplicitatem, quæ sub prima radicali semper habet Scheva simplex: vel compositum, si sit gutturalis; & terminatur frequentius in Pathach & Zeri, interdum in Chirek parvum & Cholem. Flectuntur autem verba per sex solummodò Conjugationes: Tres Activas, quæ ad analogiam flexionis dici possunt Peal, Pael & Aphel respondentes Ebræorum Kal s. Paal, Piel & Hiphil: Tres itidem Passivas, quæ dici possunt Ithpeal, Ithpael & Ittaphal respondentes Ebræorum Niphal, Püal & Hophal. Eodem ferè modò significant, quò apud Ebræos, uti ex Lexicis constat. Non semper tamen hac significationum series observatur; sed sæpenumerò, ut apud Ebræos, verba in Pael & Aphel planè aliud significant, quàm in Peal, quod usu est addiscendum: Sexum etiam in verbis discriminant, ut Ebraicè. Ubi præterea notandum I. Passivas Conjugationes Chaldæorū,



praesertim duas priores Ithpeal & Ithpael, ex Ebraeorum Hithpael oriundas esse, mutatâ syllabâ  $\text{חִתְּ}$  in  $\text{חִת}$ . Unde & duae illae Conjugationes non tantum passivam; sed & reciprocam significationem habent, quae causa quoque est, cur septimam illam Conjugationem non agnoscant. 2. Uti apud Ebraeos in Conjugationibus transitivis, h. e. Piel & Hiphil significatio saepe est intransitiva: ita etiam hoc apud Chaldaeos fieri vid. Dieu l. 3. Gramm. Harm. c. 1.

48. Paradigma Pekad est norma Verborum omnium, ut Ebraeorum Pakad.

## TYPUS

Omniū Conjugationum  
Chaldaicarum.

## 49. I. OMNIUM PRÆTERITORUM.

		Sing.			Plur.		
		F.	C.	M.			
$\text{כִּתְּ}$	○	○	○	○	○	○	3.
$\text{כִּתְּ}$	○	○	$\text{כִּתְּ}$ vel $\text{כִּתְּ}$	○	○	○	2.
			$\text{כִּתְּ}$	○	○	○	1.



Plur.								
F.	C.	M.	F.	C.	M.	F.	C.	M.
נֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ
וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ
וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ

Nota: Tertia pluralis præter. Aphel, tam M. quam F. (·) mutat in (·) vid. reg. 69. & 124.

II. OMNIUM FUTURORUM.

50.

Sing.								
F.	C.	M.	F.	C.	M.	F.	C.	M.
וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ
וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ
וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ

Plur.								
F.	C.	M.	F.	C.	M.	F.	C.	M.
וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ
וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ
וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ	וֹ

Nota: Duorum schevajim in medio concurrentium prius hinc producitur in (-) Ita dico: תַּתְּפַקְרִין pro תַּתְּפַקְרִין. vid. reg. 126.

B 4

III. OMNI.



51. III. OMNIUM IMPERATIVORUM.

Sing.		
F.	M.	
וּ	וּ	וּ 2.
Plur.		
וּ	וּ	וּ 2.

*Nota*: Zeri 2. F. Sing. & 2. M. Plur.  
in Aphel mutatur in Chirek parv.  
vid. reg. 69. & 124.

52. & 53. IV. OMNIUM PARTICIPIORUM.

Participia eodem planè modò inflectuntur, quò Nomina. *vid. ergò supra cap. 3.*

Ini-



Initia Temporum & Modorum  
omnium Conjugationum  
Chaldaicarum.

*Activ.*

<i>Aphel.</i>	<i>Paël.</i>	<i>Peal.</i>	
אִפְקַר	פִּקַר	פִּקַר	<i>Præt.</i>
אִפְקַר	אִפְקַר	אִפְקַר	1. <i>Futur.</i>
אִפְקַר	אִפְקַר	אִפְקַר	2.
אִפְקַר	פִּקַר	פִּקַר	<i>Imp.</i>
מִפְקַר	מִפְקַר	פִּקַר <i>Præs.</i>	<i>Partic.</i>
מִפְקַר	מִפְקַר	פִּקֹר <i>Præt.</i>	
אִפְקֹרָא	פִּקֹרָא	מִפְקֹרָא	<i>Infin.</i>

*Passiv.*

<i>Ittaphal.</i>	<i>Itthpaël.</i>	<i>Itthpeal.</i>	
אִתְפְּקַר	אִתְפְּקַר	אִתְפְּקַר	<i>Præt.</i>
אִתְפְּקַר	אִתְפְּקַר	אִתְפְּקַר	1. <i>Futur.</i>
אִתְפְּקַר	אִתְפְּקַר	אִתְפְּקַר	2.
אִתְפְּקַר	אִתְפְּקַר	אִתְפְּקַר	<i>Imp.</i>
מִתְפְּקַר	מִתְפְּקַר	מִתְפְּקַר	<i>Partic.</i>
אִתְפְּקֹרָא	אִתְפְּקֹרָא	אִתְפְּקֹרָא	<i>Infin.</i>



54. Prima sibilans in Ithpeal & Ithpael transponitur, ut Ebraicè in *Hithpael*.

Ubi simul ה post י in ג, post ז in ו mutatur, ut Ebraicè. Ut, אֶסְתַּכַּר *clausus est*. אֶזְדַּרַח *diffusus fuit*. אֶצְמַנֶּה *reservatus est*.

55. 56. Quia Chaldaei scheva simplex 57. & 58. sub gutturali usitatè retinent, regulis hisce Ebraicis apud ipsos non est opus.

Ita יַעֲבֹר faciet m. dicunt, pro יַעֲבֹר, יַעֲבֹר transibit m. pro יַעֲבֹר. Reperitur tamè interdum scheva compositum, ut, לְמַעַס, ut *studeas*, Psal. CXXI, 8.

59. Prætereà receditur ab analogiâ Paradigmatis propter alias gutturales vel Resch, vel significationem intransitivam, aut exclusum Dagesch, ut Ebraicè.

1. Scheva mobile sub gutturali dilatatur in (·) ut, יַעֲבֹר fecit, pro יַעֲבֹר.

2. Terminale (·) (quod locò Ebraeorum Cholera



*Cholem est*) aut (·) ob ultimas חער, vel significationem neutram mutatur in (-) ut, עבר עברי transi, pro עבר עבר, impragnavit, pro עבר מתנצח. 3. Dagesch exclusum ex litera פ plerumque compensari solet producendo breves in analogas longas, ut: ברה, benedixit, pro ברה; sed propter gutturales compensatio ista raro fit. 4. Assumitur pathach genubha, sicubi opus est, ut Ebraicè. Et hæc omnia similiter juxta regulas generales cap. 9. & 10.

## CAPUT V.

## DE DEFECTIVIS.

Docet Conjugationem Verborum  
I. Pe Nun. 2. Geminatorum.

Anomala verba sunt vel Defectiva, vel Quiescentia. 60.

Nota: Scholion, quod Schickardus adjecit, hic quoque valet.

PE



## PE NUN.

61. Omne Nun schevatum abjicitur, *ut* Ebraicè.

*Ut*, פִּגְעַד egredere, pro פִּגְעַד. Excipe Præteritum Peal & Participium Peil, cum toto Ithpeal, quæ regularia sunt.

62. Et, si fuerit medianum, defectus per Dagesch forte notatur, *ut* Ebraicè.

*Ut*: פִּגְעַד exhibit, pro פִּגְעַד. Sæpè tamen analogia servatur, manente ךּ *ut*, פִּגְעַד exportavit, pro פִּגְעַד Dan. V, 2. Ubi nota: hanc formam quoque pauca Defectiva Pe Jod imitari, *ut*: פִּקֵּי ambivit, Psal. CXVIII, 11. & 12. ex פִּקֵּי.

63. Infinitivus Peal est analogus: Præterquam, quòd ךּ medianum abjectum juxta reg. proximè præced. per Dagesch forte compensetur. *ut*, פִּגְעַד exire, pro פִּגְעַד. Perfecta tamen reperiuntur quoque, פִּגְעַד dare, Esr. VII, 20. פִּגְעַד latrare, Exod. XI, 7.

Chal-



Chaldæi Verba Defectiva La- 64.  
med Nun vel Tav non habent.

*Nota* : Verbum  $\text{נתן}$  *dedit*, interdum perfectè inflectitur, ut Dan. II, 16. dicitur  $\text{נתן}$  *daret*. Est. VII, 20. legitur  $\text{תנתן למנתן}$  *ad dandum dabis*: interdum imperfectè, ut Dan. IV, 14. dicitur  $\text{תנתנה}$  *dabis illud*. Psal. CXXI, 3.  $\text{נתן}$  *dabit*.

GEMINATA, seu DEFECTI-  
VA AZIN.

Conjugationes graves apud 65.  
Chaldæos perfectæ sunt.

*Ut*,  $\text{רקק}$  *comminutus est*, in Paël *facit*  $\text{רקק}$ , in Ithpaal  $\text{אתרקק}$ . Imitantur tamen interdum hîc regulam Ebraicam & dicunt:  $\text{אשתומם}$  *obstupescit* fuit, Dan. IV, 16.  $\text{מתרופפין}$  *concutiantur*, Job. IX, 6.  $\text{מתגולגל}$  *convoluta est*, Hof. XI, 8.

In levibus expungitur media radicalis cum præcedente vocali, 66.  
*ut* Ebraicè.

*ut*



Ut, פָּרַח *comminutus est*, pro פָּרַח.  
 Excipe utrumque Participium Peal,  
 quod regulare est, ut חָרַח *tondens*, 1. Sam.  
 V, 4. חָרַח *detonsum*, Psal. LXXII, 6.  
 Ubi nota: 1. In 3. sing. F. & 1. C.:  
 item in 3. plur. tam M. quam F. Præt.  
 & 2. F. sing. & 2. M. plur. Imperativi  
 Peal mediam radicalem ejectam ob  
 augmentum sequens per Dagesch  
 compensari in sequenti simili, ut E-  
 braicè, ut:

*Præterit.*

P.		S.
חָרַח	3. { M. F.	חָרַח 3. F.
חָרַח		חָרַח 1. C.

*Imperat.*

P.		S.
חָרַח 2. M.		חָרַח 2. F.

*secus in cæteris.* 2. Buxtorfium l. 1.  
 Gramm. Chald. & Syr. c. 15. Benoni  
 Peal defectivè inflectere h. m.

P.		S.
חָרַח		חָרַח M.
חָרַח		חָרַח F. Ubi si-
<i>militer in sequenti simili mediæ radica-</i>		
<i>lis</i>		



lis ejectæ compensatio per Dagesch fit in  
 F. sing. Et eam M. quàm F. plural.  
 3. Peculiare præsertim Chaldæis esse,  
 quòd deficientem secundam com-  
 pensent per Dagesch in 1. radicali, nō  
 in 3. quotiescunque præfigitur litera  
 Characteristica temporis, ut infiniti-  
 vus Peal habet פִּיִּי, futurum ejus-  
 dem פִּיִּי; Aphel פִּיִּי. 4. Totum  
 Ithpeal hîc analogum esse.

Aphel nudum retinet termi- 67.  
 nationem consuetam, uti & fu-  
 turum Ithpeal: Imperativus  
 tamen Ithpeal in (-) finit.

Ut, פִּיִּי, פִּיִּי, פִּיִּי. Ubi nota:  
 Participium Aphel cum Characteri-  
 stica פִּיִּי legi, Dan. II, 40. פִּיִּי con-  
 terens, pro פִּיִּי.

Augmenta antecedentia or- 68.  
 dinariam vocalem servant.

Nihilominus Dieu lib. 3. Gramm.  
 Harm. c. 6. existimat, futurum Peal  
 פִּיִּי Chald. punctari posse ad Syriasmum  
 פִּיִּי sine Dagesch in 1. radicali, adeoq;  
 bene



benè in Venetis punctari **הַבּוֹז** diripies  
Deut. XX, 14. atq; id (·) indicari sa-  
pè insertò Jod, ut **יִיעוֹל**.. ingreditur  
Esa. XXVI, 2.

69. Vocalis longa sub primâ ra-  
dicali manet, manente accentu,  
licèt augmentum consequens  
syllabicum accedat.

Ut, **אַתְּ־קָנָה** contrivisti, **אַתְּ־קָנָה** con-  
trivimus. Promotò accentu Zeri  
in Scheva corripitur, ut Ebraicè per  
reg. 124. Ita dicitur **אַתְּ־קָנָה** comminuit  
f. **אַתְּ־קָנָה** comminui. Excipe tamen  
augmenta : **הוּן** & **הוּן**, quibuscum  
longa manet, etiã accentus pro-  
moveatur. Ita dicitur **אַתְּ־קָנָה** com-  
minuistis v. **אַתְּ־קָנָה** comminuistis f.

70. Et Scheva mutum ante Con-  
sequentia syllabica manet.

Ut, **בְּקָתוֹן**, **בְּקָתוֹן**, **בְּקָתוֹן**.

71. A syllabica junguntur termi-  
nationi initiali, ut Ebraicè.

Idem similiter sunt, quod Quiescentia,  
atq; simpliciter adherent, ut : **בְּקָתוֹן** com-  
minu-



minuti sunt, נִפְּלָא comminuta sunt, וְיִפְּלָא  
succide f. manente accentu & Dagesch,  
etiam post longam impresō, ut Ebra-  
icè. Excipe 3. M. & F. pluralem præ-  
teriti *Aphel*: item 2. sing. f. & plur. m.  
Imperativi ejusdem, quæ habent:  
אֲדַקֵּךְ, אֲדַקֵּנָּךְ pro אֲדַקֵּךְ, אֲדַקֵּנָּךְ: item:  
אֲדַקֵּךְ, אֲדַקֵּנָּךְ pro אֲדַקֵּךְ, אֲדַקֵּנָּךְ mutatō  
Zeri in Chirek, requirente id analogiâ  
Paradigmatis. vid. suprâ reg. 49. & 51.

CAPUT VI.

De

QUIESCENTIBUS.

Docet inflectere Verba, quorum pri-  
ma est נ vel ן; aut secunda ך vel ם;  
aut tertia נ vel ן.

PE ALEPH.

In futuro Peal incipiunt à Zeri 72.  
(נ sæpissimè in ן quiescens mutatō:  
interdum verò abjectō) & desinunt  
in Schurek.

Ut, יִכֹּוֹל comedet m. Lev. XVII, 9.  
תִּבְרֹוּן peribitis, cap. XXVI, 38. Pro  
א tamen sæpissimè est (-) ut: תִּירָף  
discas,



*discas*, Deut. XVIII, 23. Quandoq;  
tamen manet N, *ut*: נִמְנָר dicemus,  
Dan. II, 36. In Imperativo Peal N  
cum (׃) notatur ubique, *ut*:

P.	S.	
אָכַל	אָכַל	M.
אָכַלְנָא	אָכַלְנָא	F.

in Infinitivo N quiescit in Zeri, *ut*,  
אָכַל comedere. Ubi tamen N, *ut* in  
futuro, sæpius in ך mutatur; in Aphel  
verò & Ittaphal in Vav Cholem.

PE JOD.

73. In futuro Peal incipiunt & de-  
finunt in Zeri, *ut* Ebraicè.

*Ut*, יִלֵּךְ gignet. Ubi nota: Ver-  
bum יָדַע novit, in fut. facere אֵדַע &  
cum Dagesch יָדַע sciemus, Deut. XIX,  
21. item Dagesch in ך resolutò, אֵדַע  
sciam, Dan. II, 9. אֵדַע Ruth. IV, 4.  
Verbum יָתַב sedit, in fut. יִתְיַב sedebit,  
Dan. VII, 26. Imprimatur autem heic  
secundæ radicali utriusq; verbi Dagesch,  
quasi essent Defectiva Pe Nun.

74. Ab Imperativo Peal Jod exu-  
lat, desinente in Zeri, *ut* Ebraicè.

*Ut*,



ut, לָרַג, gigne m. In Infinitivo  
 quiescit in Zeri, quô ipsô Characteri-  
 sticum ׀ notatur. ut, מִלְרַג gignere.  
 Ubi nota : ׀ illud interdum cum  
 Chirek notari, quod sæpè Dagesch  
 sequitur, ex ratione suprâ allatâ, ut :  
 מִיִּתֵב sedere, Pl. CXIII, 5. לְמַרְדֵּעַ  
 ad sciendum, Gen. III, 25. & Dagesch in  
 ׀ resolutô, לְמַרְדֵּעַ Genes. XXIV, 21.  
 Talmudicè & Rabbinicè לִידֵעַ, quæ  
 forma existat quoq; in Ebraismo, II. Pa-  
 ralip. XXXI, 7. in לִיסוֹר fundare.

Ithpeal perfectè inflectitur. 75.

Ita verbum יָלַד in præter. Ithpeal facit :

אֶתְיַלַּד	Præter.
מֵתְיַלַּד	Part.
אֶתְיַלְדָּא	Infinitiv.
אֶתְיַלַּד	Imperat.
יִתְיַלַּד	Fut.

Aphel & Ittaphal pro Jod sche- 76.  
 vando Vav Cholem usurpant,  
 punctô augmenti antecedentis  
 exclusô, ut Ebraicè.



Ita verbum יָלַךְ in Aphel facit אָלַךְ  
 vel אִלַּךְ, in Itaphal אִתְּלַךְ. Ubi  
 nota 1. Jod radicale hinc interdum re-  
 tineri, ut: הִיבִילֵהוּ deportavit, Est. V, 14:  
 (יָהִי insuper ex Ebraismo pro יָנֵהוּ manente)  
 אִיטִיבֵהוּ benefecit. 2. Characteristi-  
 cam הָ saepe exprimi. Ita dicitur:  
 מְהוֹרַעֵם notum faciens, pro מוֹרַעֵם Ps. LV,  
 14. יְהוֹרַעֵם notum faciet, Dan. II, 25.  
 pro יוֹרַעֵם.

AJIN VAV vel JOD.

77. In plerisque conveniunt cum  
 geminatis, ut Ebraicè.

Nam 1. prima radicalis in Conju-  
 gationibus gravibus Vav Cholem habet,  
 quod secunda Dagesch excludit & in-  
 super ultimam (ad emulationem gemi-  
 natorum) loco secunde quiescentis du-  
 plicant. Ita קוּם surgere in Pacl facit  
 קוּמִים, in Itthpacl אִתְּקוּמִים. Ubi ta-  
 men nota 1. & regularem formam in  
 usu esse, secundum quam idem ver-  
 bum in Pacl facit קוּיִם Vav quiescente  
 mutato in Jod mobile, in Itthpacl  
 אִתְּקוּיִם. 2. Leves mediam cum præ-

viâ



viâ vocali expungere. Ita idem verbum in Præt. Peal facit  $\text{קָם}$ , in Ithpeal  $\text{קָמָה}$ . Aphel duplicem habet formam  $\text{קָמִים}$  &  $\text{קָמִין}$ , qua forma posterioribus paraphrastis usitata est. Itaphal à priori forma habet  $\text{קָמָה}$ : à posteriori verò  $\text{קָמִין}$ . 3. Augmenta antecedentia usitatam punctuationem retinere, ut fut. Peal facit  $\text{קָמִים}$  surgam: Aphel  $\text{קָמִים}$  erigam. 4. Assyllabica initialibus simpliciter adungi, ut:  $\text{קָמִין}$  declinauerunt m.  $\text{קָמִין}$  declina f. Quod imitatur syllabicum  $\text{קָמִין}$ , ut:  $\text{קָמִין}$  surgite f. & in Peil Partic.  $\text{קָמִין}$ . &  $\text{קָמִין}$ , ut:  $\text{קָמִין}$  surgentes m.  $\text{קָמִין}$  surgentes f.

In terminationibus nudis discrepant, ut Ebraicè. 78.

Nam i. Præt. Peal similiter in Camez definit, ut:  $\text{קָם}$  surrexit m. Benoni verò in primâ voce facit  $\text{קָמִין}$  Vav radicali in  $\text{ק}$  mutató: in cæteris conversio in Jod, ut:  $\text{קָמִין}$  surgens f.  $\text{קָמִין}$  surgentes m.  $\text{קָמִין}$  surgentes f. In Targum sæpè etiam in prima voce ad-



hibetur (י) ut נים dormiens, Psal. CXXI, 3. Peil in Chirek m. exit, ut קים. 2. Fut. Peal (& Imperativus) in י terminatur, ut : קים surge m. אקים surgam. 3. Totum lthpeal in (ט) definit.

Facit enim	אתקם	in	Præterit.
	מתקם		Partic.
	אתקמן		Infinit.
	אתקם		Imperat.
	אתקם		Futur.

4. in Præterito Aphel terminativum Chirek vel Zeri manet. Nota tamen in 2. Pers. utriusq. generis & numeri i. plur. Chirek in Zeri mutari, ut:

	{	M.	
אתקמת	{	2. & S.	
	{	F.	
אתקמתון	{	M.	
	{	2. & P.	
אתקמתון	{	F.	
אתקמנת		1. P.	Ubi

nota: Comparationem quiescentium Ajin cum defectivis Ajin, ut Ebraicè, faci-



facile institui posse juxta reg. hæcenus  
 propositas & explicatas h. m.

] אָדוּק, תְּדוּק ] אָקוּם, תְּקוּם	] Fut.	] בָּק, בָּקָה, בָּקוּ	] Præt. ] Peal.
		] קָם, קָמָה, קָמוּ	
] רָמַדְק ] מָקַם	] Partic.	] אָדַק, אָדַקְתוּן	] Itbpeal.
		] אָקַם, אָקַמְתוּן	
] רָמַדְק ] מָקַם	] Partic.	] בָּקַק, בָּקַקְתָּ	] Paet.
		] קָיַם, קָיַמְתָּ	
] רָמַדְק ] מָקַם	] Partic.	] אָדַק, אָדַקְתוּן	] Aphel.
		] אָקַם, אָקַמְתוּן	

LAMED ALEPH.

Regulis hisce Ebraicis apud 79. 80.  
 Chaldaeos opus non est. & 81.

Quandoquidem verba quiescentia  
 לָהּ & לָא Ebraorum hic ad unum con-  
 jugandi ordinem referuntur: et si is variis  
 terminationib. in Præterito Peal veniat.

Sunt n. numero quatuor: לָהּ, לָא, לָהּ, לָא.

PRÆTERITUM PEAL.

Sing.

גָּלַי	גָּלַי	3.	] M.
גָּלַיְתָּ	גָּלַיְתָּ	2.	
גָּלַיְתָּ	גָּלַיְתָּ	1.	C.
גָּלַיְתָּ	גָּלַיְתָּ	3.	] F.
גָּלַיְתָּ	גָּלַיְתָּ	2.	

C 4

Plur.



Plur.

גְּלִימָה	vel	גְּלִי	גְּלוּ	[M.
		גְּלִיָּה	גְּלִיָּהוּ	[F.
		גְּלִיתָן	גְּלִיתָן	[M.
		גְּלִיתֶן	גְּלִיתֶן	[F.
		גְּלִינָה	גְּלִינָה	I. C.

## LAMED HE.

§2. Omnia Præterita terminantur in Jod.

*Ubi nota:* illud quiescere vel in Chirek, ut in Peal, Ithpeal, Pael, Ithpeal; vel in Zeri, ut in Aphel & Ithaphal.

Futura in ך̄ & Participia in נ, ut in Participio Benoni & Peil, τ̄ Peal; item in Participio Ithpeal; vel in ך̄, ut in cæteris, excepto Peil τ̄ Peal, quod in Chirek m. terminatur.

## PARTICIP. BENONI PEAL.

P.

גְּלִי  
גְּלִיָּה

S.

גְּלִי M.  
גְּלִיָּה F.

PEIL.



PEIL.

גליון	גליון	M.
גליון	גליון	F.

FUTURUM PEAL.

Sing.

C.	אגלי 1.	
	תגליון 2.	} M.
2. F.	תגליון 3.	

Plur.

C.	נגליון 1.	
	תגליון 2.	} M.
F.	תגליון 3.	

Imperativi vel in י quiescens  
 in Chirek, ut in Peal, Pacl & Ith-  
 pael; vel in י quiescens in Zeri,  
 ut in Ithpacl, Aphel & Ittraphat.

IMPERAT. PEAL.

P.	גלו	S.	גלי M.
	גליון vel גליון		גלי F.

Ubi nota: Solam 2. Fœm S. in Ithpeal  
 exire in נ, & facere אַתְּגַלְיָא.

C	S	In-
---	---	-----

M.  
 E.  
 M.  
 F.  
 C.  
 n-  
 in  
 h-  
 it-  
 ..,  
 al:  
 ..,  
 od  
 L.



Infinitivus Peal terminatur in  
 נ., Characteristicô ׀ præfixô.

Ut: נִגְלוּ revealare: reliqui in הִגְלוּ  
 cum ׀ paragogico, more Ebræô. ut:  
 Ithpeal הִתְגַּלְתִּי, Pael גִּלְתִּי, Ithpacl  
 הִתְגַּלְתָּ, Aphel גִּלְתָּ.

83. & 84. Augmenta syllabica & asylla-  
 bica, quomodo tertiam radi-  
 calem mutant, ex dictis hacte-  
 nus manifestum est.

*Quod breviter monere placuit, quia  
 certis id regulis comprehendere vix poterit.*

85. Vav Conversivum Chaldæi  
 non habent.

*Ac proinde verba hujusmodi propter  
 illud apocopen non patiuntur. Non  
 entis enim nulla sunt accidentia.*

86. Quæ dupliciter imperfecta  
 sunt, utramq; simul anomalam  
 sustinent, ut Ebraicè.

*Ergo nec hic novis opus est regulis;  
 sed convenienti superiorum applicatione.*

CA.



## CAPUT VII.

De

## PRÆFIXIS.

Docet, quâ ratione literæ præfixæ vo-  
cibus cohæreant.

מ præfigitur per Chirek se- 87.  
quente Dagesch, ut Ebraicè.

Et significat A, AB, EX, PRÆ,  
ut: מִבַּיְתָא è domo, מִכֶּסֶף præ argento.

Quando Dagesch locum non repe-  
rit, mutatur, ut Ebraicè, in Zeri com-  
pensativum, ut: מֵאֶרֶץ è terra, Jer.  
X, 11. per reg. 129.

ש (respondens Ebraeorum ש) per 88.  
Scheva præfigitur.

Et eandem cum ש significationem ob-  
tinet, pro quo etiam sæpè est separatum  
שׁ, unde originem trahit, ut: שׁוֹאֵל  
מֵעֵלֵי חַכִּימָא, quod si non honoret sa-  
piens, Eccles. II, 14. Quæ litera  
quoque Genitivi nota est. vid. reg. 159.

ח Emphatici locô Chaldæi 89.  
Nominibus formâ utuntur em-  
phaticâ.

Quo-



*Quorum usus in Lingua Chaldaica longè patentior est, quàm He emphat. in Ebraica. Quod exemplis illustrat Buxtorf. l. i. Gram. Chaldaeo-Syr. c. 4.*

90. Hâc regulâ Ebræorum apud Chaldaeos non est opus. *Quod ex dictis patet.*

91. ה Interrogativum per Chatephpathach præfigitur, ut Ebr. *Ut, הַבַּת num filia? Gen. XVII, 17. הַמֵּיָתָא num veniendo? Gē. XXXVII, 10, ante Scheva habet simplex pathach per reg. 128. ut: הַלְבַּר num filius? Gen. XVII, 17. Sic & ante gutturalem, ut: הַאֲבִיב num pater? Num. XI, 12.*

92. וְכֻלּוּ præfiguntur communiter per Scheva, ut Ebraicè.

*Ubi nota: 1. Sæpè Chaldaeos uti pro ד integrâ particulâ דָּ. 2. pro ל, תָּ (quæ particula Ebr. תָּ respondet) cūm verbis activis jungi debet.*

93. Illud Scheva multas ob causas mutatur, ut Ebraicè.

1. In



1. In Chirek parvum, si socium Scheva sequitur, ut: בְּבִרְיָהּ in benedicto.  
 2. in Chirek magnum, si Jod schevatum sequitur: ut, כִּי־יָיִן sicut chor-  
 dæ. 3. ante Charephatam in similem brevem. ut, וְאֵין־וְנוֹס, וְאֵין־וְנוֹס inter-  
 dicto. 4. observatio Ebraica hic locum non habet. vid. infr. reg. 122. 5. Solum  
 ante aliud scheva, vel literam labialem בּוֹסֶה assumit schurek, ut: וְבִהַיִק־וְשֵׁן splen-  
 didus, וְזֵרַע־וְשֵׁן semen, וְבִטֵר־וְשֵׁן rore,  
 Dan. IV, 12.

Hanc regulam Ebræorū apud 94.  
 Chaldæos locum non invenire,  
 patet ex reg. 85.

## CAPUT VIII.

De

## SUFFIXIS.

Docet, quomodo inseparabiles literæ  
 vocibus sint suffigendæ.

Chaldæi locō Pronominum, 95.  
 utuntur literis vocum tergo af-  
 fixis, ut Ebraicè.

Que



*Quæ significationem Ebraeam retinent. Ubi notandum est, affixionem hanc cum nominibus plerumq; apud ipsos formam emphaticam imitari, substituendo solummodò suffixum in locum terminationis emphaticæ N. vid. Dieu l. 2. Gramm. Harm. c. II. Habent & separata quædam pronomina, ut Ebraicè: sed quorum usus similiter rarior est. Pro iis tamen plerumq; adhibent inseparabilia suffixa hoc schemate comprehensa:*

3.		2.		1.	
הָהָא	הָ, הִי, הֵא	כִּי, הִי	הִי	אֲנִי & אֲנִי	Sing.
illa	ille	Tu f.	Tu m.	ego, meus.	
הֵא, הֵן	הֵן, הֵן	כִּן	מִן	אֲנִי, אֲנִי, אֲנִי	Plur.
illæ	illi	Vos		Noster, Nos.	
F.	M.	F.	M.	Comm.	

96. Nominales suffigitur singularibus per Chirek, pluralibus contractè per pathach, ut Ebraicè.

Ut,



Ut, מַלְכִי rex meus, מַלְכֵי reges  
mei.

י Verbale per pathach suffi- 97.  
gitur, non modò in präteritis;  
sed & alibi.

Ut, וַיִּבְרַח בְּקִדְוֵי visitavit me m. וַיִּבְרַח בְּקִדְוֵי  
visitavit me m. (ubi prius א epenthe-  
ticum est. vid. infr. reg. III.) Legitur  
etiam Imperativo interdum per Zeri  
iunctum ex forma Ebraeorum, ut: שְׁלַחְנִי  
mitte me, 1. Sam. XX, 29. interdum  
per Scheva, ut: בְּקִדְוֵי visita me. vid.  
Dieu Gramm. Harm. l. 3. c. 15. Bux-  
torf. l. 2. Gramm. Chald. & Syr. c. 14.

י Masculinum jungitur singu- 98.  
laribus & pluralibus per Camez;  
sed hîc (nempe in plur.) cum Jod diph-  
thongescente: verbis more singu-  
larium, ut Ebraicè.

Ut, סִפְרֵיךָ liber tuus m. סִפְרֵיךָ libri  
tui m. בְּקִדְוֵי visitavit te m.

י Fœmininum jungitur sin- 99.  
gularibus & verbis per Zeri, plu-  
rali-



ralibus per pathach & Chirek,  
ut Ebraicè.

Ut: סְפָרָךְ *liber tuus f.* בִּיקְרָךְ *visita-*  
*vit te f.* סְפָרֶיךָ *libri tui f.* Ubi

nota: Singularibus & pluralibus non  
rarò suffixum hoc cum ך in fine ex Sy-

via/mo iungi præcedente Chirek,

ut: מַלְכֵיכֶם *reges tui f.* מֶלֶכְךָ *rex tu-*

*us f.* בִּיקְרָתְךָ *visitavi te f.* Quæ for-

ma aliquoties etiam in Script. Sacr. oc-

currit. Exempla vid. Psal. CXVI, 7.

& 19. vid. Dicu l. 2. Gr. Harm. c. 11.

& l. 3. c. 15.

100. ה Masculinum (respondens Ebrae-  
orum ך) cohæret singularibus &  
verbis per Zeri & Mappik: in  
pluralibus pro eò adhibent הוּ,  
quod per ך cohæret.

Ut, סְפָרָהּ *liber ejus m.* בִּיקְרָהּ *visi-*  
*tavit eum m.* סְפָרוֹהֶי *libri ejus m.* Ubi

nota: in suffixo הוּ 1. ה, ut supra  
reg. 18. dictum, per crasin excludi, &

legi סְפָרוֹי, quod posterioribus paraphra-

stis maxime est usitatum. 2. singu-

lari-



laribus quoque jungi, ut: **חֶדְוֵהִי** *pectus*  
*ejus*, Dan. II, 32. *vid. infr. reg. 109. 110.*  
 & 114. 3. Esse non rarò, *in primis Ba-*  
*bylonicè*, הַי pro הִי. *vid. Dan. V, 2.*  
 & 6. c. IV, 34. Gen. XX, 17. Malach.  
 II, 6. Ezech. XXXI, 5. 4. In Ebraeo  
 etiam haberi **תְּגִמּוֹלוֹהִי**, *retributiones*  
*ejus*, Psal. CXVI, 12.

Suffixum הַי Chaldæi non ha- 101.  
 bent; sed locò ejus utuntur  
 הַי & הִי. *de quibus reg. præced.*

הַי Foemininum annectitur sin- 102.  
 gularibus & verbis per Camez  
 & Mappik: הַי pluralibus si-  
 militer per Camez.

Ut, **מֶלְכָּהּ** *rex ejus f. visita-*  
*vit eam.* **מְלָכָהּ** *reges ejus f. פְּקַדְנָהּ*  
*visitavimus eam.* Legitur quoque  
**פְּקַדְתִּיהָ** *visitasti f. eam. ex פְּקַדְתָּ*  
*reg. 109.* Jungitur etiam suffixum  
 הַי singularibus, ut: Genes. XXXVIII,  
 25. **לְיוֹת הַמּוֹהָא** *ad socerum suum: uti*  
 D & הַי



& הַ verbis cum pathach. ut, Dan. VII, 23. וְהָרַשְׁנָה וְהָרַקְנָה & calcabit eam, & comminuet eam.

103. Suffixum הַ Chaldaei non habent; sed pro eo utuntur הַ vel הַ; de quô reg. præced.

104. הַ, הַ & הַ ante se Camez postulant.

Ut, מַלְכֵּנָּא rex noster & reges nostri, בְּקִרְבָּנָּא visitavit nos m. גְּאֻלְמֵּנָּא redemptor noster, בְּקִרְבָּנָּא visitavit nos m. Quod suffixum הַ in verbis potissimum locum habet. Legitur etiam בְּקִרְבָּנָּא visitavit nos, cum scheva.

105. Gravia הַ, הַ, הַ, הַ copulantur singularibus per Scheva: pluralibus Masc. per Zeri, & Foemininis per Scheva.

Ut, מַלְכֵּיכֶּן rex vester m. מַלְכֵּיכֶּן rex vester f. מַלְכֵּיהֶּן rex illorum, מַלְכֵּיהֶּן rex illarum, מַלְכֵּיכֶּן reges vestri m. מַלְכֵּיכֶּן reges vestri f. מַלְכֵּיהֶּן reges illorum.



illorum, צִדְקַתְכוֹן מַלְכֵיהוֹן reges illarum, צִדְקַתְהוֹן  
 justitia vestra v. צִדְקַתְהוֹן justitia illo-  
 rum. Verba singularium rationes se-  
 quuntur, ut: פִּקְדוֹן פִּקְדוֹן visitavit vos m.  
 פִּקְדוֹן פִּקְדוֹן visitavit vos f. מִפְּקֻדָּהוֹן מִפְּקֻדָּהוֹן visita-  
 re eos, מִפְּקֻדָּהוֹן מִפְּקֻדָּהוֹן visitare eas.

Suffixis ם & ן Ebraicis Chal- 106.  
 daei non utuntur.

Loco illorum autem in Nomi-  
 nis usurpant הוֹן & הוֹן : ( de quibus  
 reg. præced. ) in verbis adhibent נוֹן  
 & נוֹן , quæ suffiguntur per Dagesch  
 & Chirek p. ut, פִּקְדוֹן נוֹן פִּקְדוֹן visitavit eos,  
 פִּקְדוֹן נוֹן פִּקְדוֹן visitavit eas. Item in Infiniti-  
 vis הוֹן & הוֹן . vid. reg. præced.

Nomina utriusque numeri & 107.  
 generis tollunt ם emphaticum.

Ut, מַלְכֵי מַלְכֵי rex meus, מַלְכֵי מַלְכֵי reges mei,  
 בְּתוּלָתִי בְּתוּלָתִי virgo mea, בְּתוּלָתִי בְּתוּלָתִי virgines  
 mea, אֶרְחַתָּה אֶרְחַתָּה via ejus, Dan. IV, 34.

Hâc regulâ Ebraicâ in Chal- 108.  
 daismo opus non est.



Solent enim Chaldaei suffixa plerumq;  
forma emphaticæ jungere: ubi juxta  
reg. præced. & emphatic. abjicitur.

109. Verba præterita mutant ter-  
minationes ת & ת. in ת. §. ת,  
Masc. similiter in ת. §. ת, Foem.  
in תי. §. תון in תו, quomodo &  
foem. cum suffix. habere vide-  
tur. §. נָ abjicit suum &. Im-  
perfecta suum & quoque amit-  
tunt.

Ut:

פְּקַדְתָּהּ	visitavit eum f.	ex	פְּקַדְתָּ
פְּקַדְתִּיהָ	visitavi eum	ex	פְּקַדְתָּ
פְּקַדְתִּיהָ	visitasti eum m.	ex	פְּקַדְתָּ
פְּקַדְתִּיהָ	visitasti eum f.	ex	פְּקַדְתָּ
פְּקַדְתִּנוּ	visitastis me m.	ex	פְּקַדְתִּין
פְּקַדְתֵּיהּ	visitavimus eum	ex	פְּקַדְתָּ
אַלְהֵי	revelavit eum	ex	אַלְהֵי

110. In Chirek m. vel Schurek ter-  
minata suffixa simpliciter ad-  
mittunt, ut Ebraicè.

Ut:



Ut:

פְּקַדְיָהּ *visita eum f.* ex פְּקַדִּיפְּקַדְוָהּ *visitate eum m.* ex פְּקַדִּי

Inferitur aliquando ן epentheticum inter vocem & suffixum, ut Ebraicè. III.

Maximè in futuris, ut: יִפְקַדְנָהּ *visitabit eum m.* יִפְקַדְנָהּ *visitabit eam m.* פְּקַדְנָהּ *visita eum m.* פְּקַדְנָהּ *visita eam m.* ex יִפְקַד ם פְּקַד.

Quædam particulae singularium, alia pluralium more suffixi suscipiunt, ut Ebraicè. III2.

SING. הַלּוּפִי *propter me.* בְּתַרְךָ *post te.* PLUR. בְּתַרְיָהוֹן *post me,* בְּתַרְיָהוֹן *post eos.*

Ex præfixorum cum suffixis coalitu voculae quædam ferviles oriuntur, ut Ebraicè. III3.

Quæ ad nullam similiter radicem referri possunt, quia ex meris literis servilibus constant, ut: בִּי *in me,* בִּיהּ *in eo,* בְּהוֹן *in illis,* בְּבוֹן *in vobis,* לְךָ *tibi,*

D 3

לִיהּ



לִּי illi, לָנוּ & לָנוּ nobis. Quae cuncta  
in Lexico frustra quaesieris.

114. Suffixis æquiparantur literæ  
N & ך̄ paragogicæ.

N in Infnit. loco ה̄ Ebraici. ut:  
לְאַשְׁמְעֵנָּה ad promulgandum, Eccles.  
XII, 13. לְאַתְּהִיבָנָּה ad dandum, Can-  
tic. I, 10. Inde & ה̄ pro N in Da-  
niel. לְהַתְּקַטְּלָהּ ad interficiendum,  
Dan. II, 13. ך̄ in futuris, ut: תַּעֲבֹדֶיךָ  
facies. שְׁמַעוּ audite, Proverb. V,  
7. Ubi circa finem nota, tria no-  
mina: אָב pater, אָח frater, חָם socer,  
ut Ebraicè; ita & hîc à communi  
formâ recedere, ut: אָבִי pater meus,  
אָבֹתֶיךָ pater tuus, אָבוֹתַי, vel אָבִי, pa-  
ter ejus, אָבוֹנָּה, vel אָבוֹנֵנוּ pater noster:  
& sic deinceps. Excipe: אָחִיךָ fratres  
tuos, Efr. VII, 18. cum Segol ante Camez.  
euphonia causa. vid. Buxtorf. l. 2.  
Gram. Chaldæo-Syr. c. 5. Dieu l. 2.  
Gram. Harm. c. II.

CA:



CAPUT IX.  
DE CORREPTIONE  
VOCALIUM.

Omnes Vocales variè mutan- 115.  
tur, ut Ebraicè.

*Qua tamen mutatio apud Chaldaeos  
adeò frequens non est.*

Regulis hisce Ebraicis apud 116. &  
Chaldaeos opus non est, quippe, 117.  
qui in incremento & regimine  
Camez & Zeri retinent.

*Ita פֶּשֶׁר rectus, in f. facit פֶּשְׁרָא, פֶּשֶׁר  
trabs, in plur. facit פֶּשְׁרִין, פֶּשֶׁרִי.  
tempus, in plur. facit עֲרֵבִי עֲרֵבִין.*

Impuræ hujusmodi etiam im- 118.  
mutabiles manent, ut Ebraicè.

Nomina oriunda ex Nomi- 119.  
nibus Milhel Ebræorum voca-  
les suas in incremento mutant,  
ut Ebræi suum Segol.

*Ut emph. גִּבְרָא pes, ex Ebr. גִּבְרָא  
liber, ex Ebr. סִפְרָא, סִפְרָא rex,  
ex Ebr. מֶלֶךְ.*

D 4

Hâc



120. Hâc Ebræorum regulâ apud Chaldæos, quia nominibus ejusmodi carent, non est opus.

*Si ex usu Ebræo occurrunt, Ebræorum imitantur regulam.*

121. Crescentium Defectivorum longæ corripuntur in analogas breves, ut Ebraicè.

*Ut: לֵב cor, in incremento facit לֵבִי cor meum, בֵּימָה fovea, בֵּימָהִי fovea mea. Sæpè tamen ab ipsis hoc non observatur, quippe apud quos non rarò longæ in incremento manent immutabiles.*

122. In Chaldaismo regula hæc Ebraica locum non invenit.

*Quamvis enim in Daniele ac Esra, nec non paraphrasi Onkelosi (cui recenter accentûs adjecti sunt) isti conspiciantur: illud tamen non ex Chaldaismo, ut qui accentus non agnoscit: sed ex Ebraismo esse plerique censent.*

Ter-



Terminationes regiminis Ca- 123.  
mez & Zeri corripuntur in Pa-  
thach, ut Ebraicè.

Ut, עֵקֶר שֶׁרְשׁוּתוֹ *stirpem radicum*  
*ejus*, Dan. IV, 12. ex עֵקֶר *stirps*. Sæ-  
pissimè tamen hoc non observatur,  
maximè, cum nomen in Zeri exit,  
ut: אֵתְנָהּ בְּעַל דֹּמִינֻס *uxoris*,  
Exod. XXI, 3. Sic etiam Camez  
manere legimus Daniel. VI, 26.  
שְׁלֹטֵן מַלְכוּתִי *imperium regni mei*, pro  
שְׁלֹטֵן, ut legitur Dan. VII, 14. שְׁלֹטֵן  
עַלֵּם *potestas seculi*.

Finale Zeri quodcunque 124.  
item Cholem & Kibbuz (quod  
*Ebraeorum Cholem respondet*) verbi,  
& Pathach, ob incrementum,  
promotò accentu, corripuntur  
in Scheva, ut Ebraicè.

Ita ex פֶּקֶד fit plur. פְּקָדִין, ex יִפְקֹד  
fit plur. יִפְקֹדוּן, ex יִדּוֹק fit plur. יִדְּקוּן,  
ex פֶּקֶד fit 1. Commun. פְּקָדָה, ex singu-  
lar.

D 5



lar. absolut. צַלַם *imago*, fit *emphat.*  
 צַלְמָא, ex טַעַם *ratio*, fit טַעַמָא. Di-  
 citur notanter in regula: promotō  
 accentu. Manente enim illō nulla hīc  
 fit mutatio. Ita dico: קָבְלוּ *accepe-*  
*runt m.* קָבְלוּ *acceperunt f.* item פָּקְדוּ  
*visitarunt m.* פָּקְדוּ *visitarunt f.* פָּקְדוּ  
*visita f.* פָּקְדוּ *visitate m.* Excipe  
 tamen hīc 1. Kibbuz Imperat.  
 Peal cum suffixis, quod etiam promo-  
 tō accentu manet invariabile, ut:  
 פָּקְדוּהוּ *visitate eum m.* 2. Zeri  
 nominum quorundam, in quibus si-  
 militer promotō accentu manet, uti  
 ex כָּשָׁר *rectus*, fit *fœm.* כָּשָׁרָא. 3.  
 Zeri & Pathach verborum, quæ ma-  
 nent cum augmentis gravibus, תָּן, תָּן,  
 licet accentus itidem promoveatur,  
 ut: פָּקְדוּתָן *præcepistis m.* פָּקְדוּתָן *præce-*  
*pistis f.* פָּקְדוּתָן, פָּקְדוּתָן, quæ idem si-  
 gnificant. 4. Zeri verborum,  
 quod interdum manente accentu in  
 Chirek p. mutatur: uti in 3. plur. M.  
 & F. præt. item 2. sing. F. & 2. pl. M.  
 Imperat. Aphel fieri videmus. *vid.*  
 supra



suprà reg. 49. 51. & 69. ut, *וְהָיָה כִּי יִשְׁמְעוּ* con-  
venerunt, Dan. VI, 6. ex *וְהָיָה*.

CAPUT X.

De

PRODUCTIONE VOCA-  
LIUM ET RELIQUIS MUTA-  
TIONIBUS.

I.

PRODUCTIO.

Duorum Schevajim initiô vo- 125.  
cis concurrentium prius produ-  
citur in Chirek, ut Ebraicè.

*Ubi nota* 1. similiter Chirek istud  
regulariter esse parvum, ut: *בְּבִרְיָהּ*  
*in benedicto.* 2. sequente Jod ejectô  
scheva fieri magnum, ut: *בְּיִסוֹר* *in*  
*fundamento,* ex *יִסוֹר* *fundamentum.*  
3. prius scheva redire, quando poste-  
rius alias ob causas mutatur, ut:  
*לָפִידָוּ לְךָ* *lapidavit te f.* ex *לָפִידָוּ* *lapida-*  
*vit f.* quod vicissim est ex *לָפִידָוּ* *lapida-*  
*vit.* Excipe: 1. sub & ante guttu-  
ralem,



ralem, more Ebraëo, plerumque in Pathach producitur, ut: סֵעָרָה *auxilium*, ex סֵעָר. Quod idem fit in aliis vocibus, è quibus communiores sunt: מֶלֶךְ *rex*, ex מֶלֶךְ, נַפְשָׁא *anima*, ex נַפְשָׁא &c. 2. ex Zeri oriundum, sub gutturali elevatur in Sagol, ut in form. emphat. dicitur חֵלֶמַח *somnium*, ex חֵלֶם.

126. At sub finem concurrentium prius plerumq; in Pathach producitur.

Ut: ex בְּקָרָה *visitavi*, fit בְּקָרָהָה *visitavi te*, scheva, quod in Chirek p. ob subsequens aliud scheva productum, erat, juxta reg. præced. hîc postliminîo redeunte.

127. Scheva mobile ante Chatephatam producitur in similem mediocrem, ut Ebraicè.

Ut: כְּאֵלֹהִים *sicut DEUS*, וְהָמָא *tumultuatus est*, דַּעֲבַד *qui fecit*, Psal. CXXI, 2. Specialis contractio (ִֿֿֿ) ad Zeri etiam in Chaldaismo locum ha-



ET RELIQUIS MUTATIONIBUS. 61

habet, uti Dan. III, 13. legitur בְּאַרְיִן  
in tunc, pro בְּאַרְיִין, ubi ב pleonasticum  
est, לְאֵלֵי הַהוּן. DEUM suum, Dan. III, 28.

Chatephata verò ante Scheva 128.  
producitur abjectò Chateph, ut  
Ebraicè.

*Sic emphat.* חֶסֶף ab absoluto, חֶסֶף  
argilla.

Exclusum Dagesch producit 129.  
breves in analogas longas, ut  
Ebraicè.

*Idèq; eandem ob causam, uti ex חֶרֶף  
acuere, fit in Pabel חֶרֶף, Pathach in  
Camez mutatò, ex אֶרְעָא terra, cum  
præfixo ד, מֵאֶרְעָא à terra, mutatò  
Chirek p. in Zeri, vid. suprà reg. 59.  
& 87. Frequentiùs tamen, quàm Ebra-  
icè, hæc compensatio cum asperationibus  
negligitur.*

Hisce duabus regulis Ebraicis 130. &  
carent Chaldæi, ob rationem suprà 131.  
reg. 122. allatam.

Terminale Pathach cum suf- 132.  
fixis corripitur in Scheva.

*Hinc*



Hinc prius *scheva* in *Pathach* produ-  
citur ita, ut priorum duarum vocalium  
transpositio fiat non secus, ac in Ebra-  
ismo. Ita ex פִּקְרָה fit פִּקְרָה *visitavit*  
eum, פִּקְרָה *visitavit te*, uti apud E-  
bræos dicitur פִּקְרָה *visitavit me*, pro  
פִּקְרָה.

133. Hanc regulam Ebraicam,  
Chaldæos non agnoscere, dixi-  
mus supra reg. 33.

Pro Ebræorum tamen formâ מוֹת  
& חֵיל dicunt in forma absoluta מוֹת  
& חֵיל : in emphatica מוֹתָא & חֵילָא.  
Ex Ebraismo legitur חֵיל, Dan. III, 20.  
Esr. IV, 23. &c.

## II.

## PERMUTATIO.

OB GUTTURALES PRÆCIPUE.

134. *Scheva* mobile sub gutturali  
mutatur in *Chateph Pathach*,  
ut Ebraicè.

Ut: יִבְהַלְךָ *per-*  
*turbet te*, Dan. IV, 16. ex בִּהַל *turbavit*.  
מֵעַלְךָ *introire tuum*, Psal. CXXI, 8.

ex



ET RELIQUIS MUTATIONIBUS. 63

ex  $\text{לעב}$ . vid. supra reg. 59. Ubi nota, apud Chaldaeos Scheva mobile ex Zeri non oriundum in Chateph-Sægol mutari, uti dico in Imperat. Peal  $\text{דָּבַר}$ , ex  $\text{דָּבַר}$  dixit.

Scheva mutum sub ultimis 135.  
 $\text{ענה}$  intellectum mutatur in pathach genubha, ut Ebraicè. Exempla vid. supra reg. 12.

Hisce duabus regulis Ebraicis 136. &  
apud Chaldaeos non est opus, 137.  
quia ipsi carent sægol & pathach vicariis, nec non formâ Nominum Milhel, ut ex supra dictis patet.

Zeri & Kibbuz Verborum 138.  
propter ultimas  $\text{רעק}$ , vel significationem neutram mutantur in Pathach, ut Ebraicè. Exempla vid. supra reg. 59.

Denique simplicis Euphoniae 139.  
gratiâ permutantur aliquando Zeri cum Chirek, & Schurek cum Kibbuz, ut Ebraicè.

Ita



Ita in Zeri & Chirek terminantur  
 1. part. Benon. Peal. Dico enim פָּקַד  
 præcipiens & אֶלֶף ardens. 2. Præt.  
 Pacl. Dico enim הִלַּךְ ambulavit & קָטַל  
 interfecit. 3. Schurek eodem in casu,  
 quò apud Ebræos, eòdemq; modò in Kib-  
 buz transit, uti dico: יִקְמוּן surgent,  
 Dan. VII, 24. pro יִקְוִמוּן.

140. Tandem differentiaè causâ re-  
 cedunt quædam à regulis: quæ  
 usu potius, quàm præceptis addiscenda  
 sunt.

## CAPUT XI.

De

DAGESCH & PUNCTO  
MAPPK.

141. DAGESCH LENE imprimitur  
 literis כ פ ת ab initio senten-  
 tia: item post scheva mutum,  
 vel ejusdem, vel diversæ dictio-  
 nis, ut Ebraicè.

Ut: כָּל דְּבַר־יָאֵא omnia verba,  
 אֶתְכִנֵּשׁ collectus fuit. Intelligitur  
 autem



autem & hîc scheva sub omni literâ finali mobili, ut Ebr. *על בנין* *super filios*. Omittitur igitur post quiescentes similiter, ut Ebraicè, *שליטן די קלפא* *præfectus regis*, Dan. 11, 15. Præterea τὸ scheva æquiparatur ejus vicarium pathach genubha, ut Ebraicè.

Nisi Scheva illud fuerit primitivum, vel è longâ correptum, ut Ebraicè. 142.

Ratio est, quemadmodum enim Chaldaei cum Ebraeis literis, vocalibus & utroque Dagesch conveniunt: ita quoque eâdem ratione Dagesch leni utuntur, uti ex Danielis & Esræ lectione liquet.

Dagesch forte inscribitur omnibus literis, præterquam gutturalibus & Resch, ut Ebraicè. 143.

Ut: *קדוש* *sanctus*, *וירא* *ingressi sunt*, Jos. X, 20.

Sed ex literâ schevatâ frequentius illud excidere, quàm Ebraicè, dictum est supra reg. 6. 144.

E

Exem.



Exempla sunt obvia. Ita dicitur  
 שלחני *mitte me*, 1. Sam. XX, 29. ex  
 שלח.

145. Deficientis literæ absentia post  
 longas quoque per Dagesch no-  
 tatur, ut Ebraicè.

Ut: *והיה* succidite, Dan. IV, 11. *והיה*  
 diripite, Nahum. II, 9.

146. Mappik inscribitur soli He fi-  
 nali mobili, ut Ebraicè.

Ut: *והיה* liber ejus M. *והיה* rex  
 ejus fœm.

CAPUT XII.

De

ACCENTIBUS.

147. 148. Hisce regulis Ebraicis Chal-  
 149. 150. dæi opus non habent.

151. 152. Si tantum observaveris, quod textui

153. & Chaldaico in Daniele, Esra & Targum

154. Onkelosi ad formam Ebraicam sint ad-  
 jecti accentus: in reliquis Targumim ii-  
 dem, præter Soph. Posuk, desiderentur.

Viii-



Vinculum Makkaph adhibetur ante vel post dictiones parvulas, ut Ebraicè. 155.

*Sed tantum in Daniele, Esra & Targum Onkelosi in pentateuchum: ubi quoque observationes Ebraicæ locum inveniunt: in reliquis scriptis, nempe Targum Jonathanis, Hierosolymitano &c. usus ejus non conspicitur.*

Retinaculi Metheg apud Chaldaeos eadem est ratio, quæ apud Ebræos. 156.

*Cum ex Ebraismo in Daniele, Esra & Targum Onkelosi reperiat, si modo observes, quod, quia ipsi Vav conversivo carent, & pro ׀ emphatico formam emphaticam adhibent, prima observatio Ebraica locum hinc non inveniatur.*

SOPH - PASUK claudit omnes versus, ut Ebraicè. 157.

*Idem in Daniele, Esra & Onkelosi: in cæteris paraphrasibus variis occurrit.*



APPENDICULÆ QUÆDAM  
non poenitendæ

De

## SYNTAXI.

158. Constructio Chaldaica in ple-  
risque congruit cum Latina vel  
Græca, *ut* Ebraicè.

I.

## SIMPLEX.

159. Substantivum cum substanti-  
vo parit regimen, *ut* Ebraicè.

*Ut*: מֹשֶׁה סֵפֶר *liber Mosis*, Esr. VI,

18. *Ubi nota*: 1. Substantivum  
Absolutum & Emphaticum quodvis  
regere alterum in Genitivo casu, in-  
tercedente articulo ׀ִי vel ׀, *ut*:

דְּרִיִן אֹרַח ׀ִי *via judicii*, Esa. XL, 14.

שְׁלִיטָא ׀ִי מַלְכָּא *praefectus regis*, Dan.

11, 15. מוֹצֵן דְּחֻקְלֵיִי *stipula agri*,

Esa. XL, 6. *Sine hoc articulo locutio*

*in statu Emphatico est aspera, si non*

*omninò prava, qualis in his, quæ sunt in*

*postea*



posterioribus paraphrastis ex dialecto Hierosolymitana, ut: נַפְשָׁא בְּרַכְתָּא *anima benedictionis*, Proverb. XI, 25.

quod purè Chaldaicè diceretur: נַפְשָׁא בְּרַכְתָּא. Interdum & plura concatenantur, ut:

עֲבִירַת בֵּית אֱלֹהִים *opus domus DEI*. 2. In hac structura sæpissimè per pleonasmum elegantem affigi substantivo pronomen relativum, ut:

בְּרִצְיוֹן דִּי יְהוּדָיָא *criminationes (ipsorum) Judæorum*, Dan. III, 8. רְעוּתֵיהָ דְּמַלְכָּא *voluntas (ejus) regis*, Proverb. XVI, 13.

3. Apud posteriores paraphrastas impuriore linguâ utentes aliquando sine articulo דְּ legi, quod horridum, ut:

בְּיַד בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *in manum filiorum (ejus) Israël*, Cantic. I, 1. בְּרִיךְ שְׁמֵיהּ דְּיְיָ *benedictum nomen (ejus) DOMINI*, v. 2. vid. Buxt. l. 2. Gram. Chaldæo - Syr. c. 3. 4. Reperiri etiam Regimen pro Absoluto, ut:

לֹא יִמְחַוְנֵךְ צְפִירֵי וְלִילֵי *Ps. CXXI, 6.*

E 3 non



non percutient te demones nocentes manè & striges, pro צַפְרִירִין וְלִילִין.

160. Substantivum cum adjectivo junctum semper præcedit, ut Ebr.

Similiter contra seriem Germanorum, ut: שֶׁרְבֵבָה לֶחֶם panis siccus s. aridus, trocken Brod / Prov. XVII, 1. Quando v. adjectivum præcedit, vicissim, ut Ebraicè, subauditur verbum substantivum EST vel SUNT, ut: תְּקִין בְּתוֹמָא דְּרֵי rectum (est) verbum DOMINI, Psal. XXXIII, 4.

161. Verbum nomini convenit etiam genere, ut Ebraicè.

Non numerò tantùm & personâ, ut in aliis linguis, quia Chaldaei cum cæteris Orientalibus sexum etiam in verbis discriminant. Ita rectè dico: אִמְרַת אִנְתָּא dixit fœmina; non verò אִמַר אִנְתָּא.

162. Verba intransitiva eleganter regunt nomen homogeneũ, ut Ebr.

Quod simpliciter emphasin auget, ut: צִיד לִי צִידָא venare mihi venationem Gen. XXIII, 3.



Affectuum verba certas tra- 163.  
hant præpositiones, ut Ebraicè.

Quas constructiones usus quorū discer-  
nere & ad Lexicon notari oportet, ut:  
וַתִּרְדָּף אַחֲרֵי בָרִיָּא persequere post viros  
istos, Gen. XLIV, 4. וַתִּרְחַם עָלַי  
misereris super me, Esa. XII, 1.

Infinitivi emphaticè cum pro- 164.  
prio suo finito construuntur,  
ut Ebraicè.

Præterito & futuro similiter sæpius  
præponuntur, illisq; significationem au-  
gent, ut: מֵמֹת מֵיָמָת moriendo morieris,  
i. e. certissime, Gen. II, 17. Imperativis  
hîc ferè postponuntur, & tunc conti-  
nuationem notant, ut: בְּכֹ מְבֹא flete  
flendo, i. e. assidue & indefinenter, Je-  
rem. XXII, 10.

## II.

## FIGURATA.

Numeri singulares junguntur 165.  
pluralibus, & contrà, ut Ebraicè.

Ut: אַרְבַּעַת רֵאשִׁין quatuor capita,  
רֵאשׁ אַרְבַּעִין caput quadraginta, pro  
capita. E 4 Mul.



166. Multis singularibus respondet unum plurale, ut Ebraicè.

Ut: דָּוִד וְיִהוֹנָתָן רֵעִים וְחֻבְבֵּינִי  
David & Jonathan dilecti & amici.  
Similiter interdum uni singulari colectivo plurale respondet, ut, יָמֹתוֹן  
כָּל עֵנָב & morientur totus grex.

167. Etiam honoris causâ usurpatur pluralis pro singulari, ut Ebr.

Quamvis varius, idq; in Nomine DEI,  
ut: אֱלֹהִים קְדוֹשׁ DEUS sanctus,  
1. Sam. VI, 15.

168. In re certò eventura quoque ponitur præteritum pro futuro, ut Ebraicè.

Quamvis itidem varius, ut: נָּוֶן  
אֶתְּלִיד לָּנָה בֶּן אֶתְיָהוּב לָּנָה  
est nobis, filius datus est nobis, Esa. IX, 6.

169. Infinitivus etiam nominascit, ut Ebraicè.

Quamvis iterum varius, ut: יָצֵאתָ  
מִבְּרַךְ in die egredi te, i. e. egressus tuus,  
1. Reg. II, 42. vid. etiam Ps. CXXI, 8.

Præ



Præfixa multoties redundant, 170.  
ut Ebraicè.

Præprimis verò ל ע ב : non tamen  
sine emphasi, ut : בַּלַּיְלָאָה בַּלַּיְלָאָה in ea in  
nocte, i. e. in ea ipsa nocte.

Contra deficiunt aliquando, 171.  
ut Ebraicè.

Exemplum vid. Gen. XXXVIII, II.

Hæc regulâ Ebraicâ in Chal- 172.  
dæismo non est opus.

Nulla n. ejus exempla hic occurrunt.

Ellipsis verbi substantivi præ- 173.  
sentis est perpetua, ut Ebraicè.

Exempla vid. Gen. II, 4. & cap. XI,  
4. & II. Exod. XX, 2. & 42. Ubi nota:

1. Defectum hunc similiter pronomi-  
na quoque sæpè compensare. vid.  
Exod. XX, 5. 2. Apud posteriores  
paraphrastas quandoq; locô partici-  
pii verbo substantivo adjunctum legi  
præteritum, qui purus putus est Syriac-  
us, ut : הָיָה רִיחַ רִיחָם fuit exiit o-  
dor illorum, Cant. I, 12. vid. etiam Esth.  
I, 2. Buxtorf. I. 2. Gram. Chaldaic. &  
Syriac. c. 15. E 5 Exem-



Exemplum Praxeos Grammaticæ

fit Cap. V. Danielis.

1 בלשאצר מלכא עבד לחם רב לרבבנוהי  
אלף ולקבל אלפא חמרא שתורה :

2 בלשאצר אמר בטעם חמרא להיתויא למאני  
דהבנא וכספא די הפסק נבוכדנצר אבוהי מן  
היכלא די בירושלם וישתון בהון מלכא ור  
נרבבנוהי שגלתה ולחנתה :

3 פארין היתיו מאני דהבנא די הנפיקו מן  
היכלא די בירת אלהא די בירושלם ואשתיו  
בהון מלכא ונרבבנוהי שגלתה ולחנתה :

4 אשתיו חמרא ושבחוי לאלהי דהבנא וכספא  
נחשא פרזלא אעא ואבנא :

5 בה שעתורה נפקו אצבען די יר אנש ותכבן  
לקבל נברשתא על ידא די כתל היכלא די  
מלכא ומלכא הזה פט ידא די כתבורה :

6 ארין מלכא זיוהי שנוהי ורעינהי יבהלנה  
וקטרי חרצה משתרין וארפכתה דא לדא נקשן :

7 קרא מלכא בחיל להעלה לאשפיה פשדיא  
ונזריא ענה מלכא ואמור לחפימי פבל די כל  
אנש די יקרה כתבה דנה ופשרה יחונני ארגונא  
ילפש והמניכא די דהבורה על צוארה ותלת  
במלכותא ישלט :

8 ארין עללין כל חפימי מלכא ולא כהלין  
כתבא למקרא ופשרא להודעה למלכא :

9 ארין



## VERSIO LATINA.

1. Belschazar Rex fecit convivium magnum proceribus suis mille, & coram mille istis vinum bibit.

2. Belschazar iussit in potu vini afferri vasa aurea & argentea, quae transtulerat Nebucadnezar avus suus ex templo Hierosolymitano, ut biberent ex eis Rex & proceres ejus, uxores ejus & concubinae ejus.

3. Sic afferuntur vasa aurea, quae transtulerant ex templo domus Dei Hierosolymitana, & biberunt ex eis Rex & proceres ejus, uxores ejus & concubinae ejus.

4. Biberunt vinum, & laudârunt deos aureos, argenteos, aereos, ferreos, ligneos & lapideos.

5. Eâdem horâ egressi sunt digiti manus humanae, ac scripserunt è regione lychnuchi, in rectorio parietis regii palatii, Rege ipso vidente partem manus, quae scribebat.

6. Tunc Regis splendidus color mutatus fuit, & cogitationes ejus ipsum perturbarunt, cingula lumborum ejus fuerunt resoluta, & genua ejus invicem se colliserunt.

7. Inclamat Rex fortiter, ut adducantur astrologi, Chaldaei, & haruspices: proloquitur & dicit sapientibus Babylonie, quòd omnis homo, qui legerit scripturam istam, ac interpretationem ejus indicaverit mihi, purpurâ induetur, & torques aureus erit in collo ejus ac tertius in regno dominabitur.

8. Tunc ingredienti omnes sapientes Regis, non poterant scripturam istam legere, vel interpretationem notam Regi facere.

9. Sic



9 אֲדִין מֶלֶכָא בְּלִשְׁאַצֵּר שְׂגִיא מִתְּבַהֵל וְזִיּוּהֵי  
שְׁנִין עֲלוּהֵי וְרַבְרַבְנוּהֵי מִשְׁתַּכְּשִׁין :

10 מִלְּכַתָּא לְקַבֵּל מִלֵּי מֶלֶכָא וְרַבְרַבְנוּהֵי לְבֵית  
מִשְׁתִּיא עַל לַת עֵנַת מִלְּכַתָּא וְאִמְרַת מֶלֶכָא לְעֵלְמִין  
חַיֵּי אֱלֹהֵי יִבְהֵלוּךְ רַעֲיוֹנֶיךָ וְזִיּוּךְ אֱלֹהֵי שְׁתַּנּוּ :

11 אִיתֵי גַבְרָא בְּמִלְכוּתֶךָ הֵי רוּחַ אֱלֹהִין קַדִּישִׁין  
בֵּיהּ וּבִיוֹמֵי אַבוּךָ נִהִירוּ וְשִׁכְלַתְנוּ וְחַכְמָה כַּחֲכַמְתָּ  
אֱלֹהִין הַשְׁתַּכַּחַת בֵּיהּ וּמֶלֶכָא נִבְכְּדֵנְצֵר אַבוּךָ רַב  
חַרְטֻמִּין אֲשַׁפִּין כְּשֵׁדֵי אִין גְּזִרִין הַקִּימָה אַבוּךָ מִ  
מֶלְכָא :

12 כָּל־קַבֵּל הֵי רוּחַ יִתִּירָא וּמְנַדֵּעַ וְשִׁכְלַתְנוּ  
מִפְּשֵׁר חַלְמִין וְאַחֲוִירָא אַחֲוִירָא וּמִשְׂרָא קְטִירָא ה  
הַשְׁתַּכַּחַת בֵּיהּ בְּדִנְיָאֵל הֵי מֶלְכָא שֵׁם־שְׁמִיָּה  
בְּלִשְׁאַצֵּר כְּעֵן דְּנִיָּאֵל יִתְקַרֵּי וּפְשָׁרָה יִתְחַוֵּרָה :

13 בְּאֲדִין דְּנִיָּאֵל הָעֵל קָדָם מֶלְכָא עֵנָה מֶלְכָא  
וְאִמַר לְדְנִיָּאֵרָא אַנְתָּה הוּא דְנִיָּאֵרָא הֵי מִן־בְּנֵי  
גְלוּתָא הֵי יְהוּדָא הֵי הֵי־תֵי מֶלְכָא אַבִּי מִן יְהוּדָא :

14 וְשִׁמְעֵרַת עֲלִיךָ הֵי רוּחַ אֱלֹהִין בְּךָ וּנְחִירָה  
וְשִׁכְלַתְנוּ וְחַכְמָה יִתִּירָה הַשְׁתַּכַּחַת בְּךָ :

15 וּכְעֵן הָעֵל קָדָם חַכְמֵי חַכְמֵיָא אֲשַׁפִּיא הֵי־כְתָבָה  
דְּנָה יְקָרוֹן וּפְשָׁרָה לְהוֹדְעֵתְנִי וְלֹא־כְהֵלִין פְּשֵׁר ט  
מִלְּתָא לְהַחֲוִירָה :

16 וְאַנְהָ



9. Sic ergo rex Belschazar vehementer conturbatus fuit, ejusq; color immutatus, ac proceres attoniti.

10. Regina propter verba regia & procerum eius in locum convivii ingressa, prolocuta dixit: Rex in secula vive. Ne perturbent te cogitationes tue, & color tuus ne se commutet.

11. Est vir quidam in regno tuo, cui spiritus deorum sanctorum inest, & in quo temporibus avi tui lux, intelligentia & sapientia par sapientie deorum, inventa est, unde & rex Nebucadnezar avus tuus, presectum magorum, astrologorum, chaldeorum, haruspicum constituit eum, avus inquam tuus rex.

12. Quandoquidem ergo spiritus excellens, peritia & intelligentia, interpretatio somniorum & judicatio enigmatum, ac solutio implexorum inventa est in isto Daniele, cui rex imposuerat nomen Belschazar, advocetur nunc Daniel, & interpretationem indicabit.

13. Tunc Daniel adductus fuit coram rege, & rex proloquens, dixit ad Damiel: Tunc es ille Daniel, ex deportatis Jebudae, quos transtulit rex pater meus ex Judea?

14. Audivi de te, quod spiritus deorum inest tibi, & lux & intelligentia, & sapientia excellens invenitur in te.

15. Nunc adducti sunt coram me sapientes & astrologi, ut scripturam istam legerent, & interpretationem ejus notam facerent mihi, sed non possunt interpretationem rei indicare.

16 Ego



16 וְאַתָּה שָׁמַעַת עֲלֵיךָ יְיָ וְתוֹכַל פְּשָׁרִין לְמַפְשֵׁר  
וְקִטְרִין לְמִשְׁרָא כְּעֵן הֵן תוֹכַל כְּתָבָא לְמִקְרָא  
וּפְשָׁרָה לְהוֹדְעוֹתַנִי אֲרָגוֹנָא תִּלְבַּשׁ וְהַמְנִיכָא דִּי  
רִהֲבָה עַל צִוְאַרְךָ וְתִלְתָּא בְּמַלְכוּתָא תִּשְׁלַט :

17 בְּאֲרִין עֵנָה רַגְיָאֵל וְאָמַר קֳדָם מַלְכָּא מַת  
מִתְנַתְּךָ לָךְ לְהוֹיִן וְנִבְכִיתְךָ לְאַחֲרִין הֵב פְּרָם כַּת  
כְּתָבָא אִקְרָא לְמַלְכָּא וּפְשָׁרָא אֲהוּדְעֵנָה :

18 אֲנִתָּה מַלְכָּא אֵלֵּהָא עֲלֵיָא מַלְכוּתָא וְרִבּוּתָא  
וַיִּקְרָא וְהוֹדְרָא יְהֵב לְנִבְכֻדְנֶצַּר אֲבוּךָ :

19 וּמִן רִבּוּתָא דִּי יְהֵב לָהּ כָּל עַמְמֵיָא אֲמֵיָא  
וְלִשְׁנֵיָא הָווּ זְאֵעִין וְדַחֲלִין מִן קֳדָמוֹהִי דִּי הוּא  
צָבָא הוּוּה קָטַל וְדִי הוּוּה צָבָא הוּוּה מַחַל וְדִי  
הוּוּה צָבָא הוּוּה מָרִים וְדִי הוּוּה צָבָא הוּוּה מִשְׁפִּיל :

20 וּפְדִי רָם לְבָבָה וְרוּחָה תִּקְפֵּת לְהוֹדְרָא  
הִנְחַת מִן פְּרָסָא מַלְכוּתָהּ וַיִּקְרָה הָעֵדִיו מִנָּה :

21 וּמִן בְּנֵי אֲנָשָׁא טְרִיִּד וְלְבָבָה עַם חֵיּוֹתָא  
שׁוּרִי וְעַם עֲרֻדִיָּא מְדוּרָה עֲשָׁבָא כְּתוּרִין יִטְעֻמוּנָה  
וּמִטְרָא שְׁמֵיָא גְשָׁמָה יִצְטַבַּע עַד דִּי יִדַּע דִּי  
שְׁלִיט אֵלֵּהָא עֲלֵיָא בְּמַלְכוּתָא אֲנָשָׁא וְלִמֵּן דִּי  
יִצָּבָא יְהַקִּים עֲלֵיהָ :

22 וְאַנְתָּה בְּרָה בְּלִשְׁאֲצַר לָא הַשְׁפִּילָת לְבָבְךָ  
כָּל קָבַל דִּי כָּל דְּנָה יִדְעָת :

23 ועל



16. Ego verò audivi de te, quòd possis interpreta-  
tiones afferre, & nodos solvere. Nunc ergò, si poteris  
scripturam istam legere, & interpretationem ejus indi-  
care mihi, purpurá indueris, & torques aureus erit in  
collo tuo, & tertius in hoc regno dominaberis.

17. Tunc respondens Daniel dixit coram rege :  
Dona tua tibi sunt, aut honoraria tua alij dato : verum-  
tamen scripturam istam legam Regi, & interpretationem  
notam faciam ei.

18. Tu ó Rex : Deus excelsus, regnum & ampli-  
tudinem, gloriam & decus dederat Nebuchadnezarí avo  
tuo.

19. Et ob amplitudinem, quam dederat ei, omnes  
populi, nationes & linguae, tremebant ac timebant à  
conspectu ejus. Quem volebat, occidebat, & quem  
volebat, vivum conservabat : quem volebat, extollebat,  
& quem volebat, deprimebat :

20. Sed cum elatus esset animus ejus, ac spiritus  
ejus obduratus, ut superbe ageret, depositus est de solio  
regni sui, & dignitatem abstulerunt ab eo.

21. Etiam ex hominibus expulsus, animum suum  
bestiis applicuit, cum onagris habitatio ejus fuit, herbis,  
ut boves, cibáruni eum, & rore caeli corpus ejus tinctum  
fuit, donec agnosceret, quòd dominaretur Deus excelsus  
in regno humano, & quem vellet, proficeret ei.

22. Tu autem fili ejus Belschazar, non submisisti  
animum tuum, quamvis totum hoc scires.

23. Sed



23 וְעַל מִרְא־שְׁמַיָא הַתְרוֹמֶמֶת וְלִמְאִנְיָא דִּי-  
בֵיתָהּ הִיְהִי קְדָמִיךְ וְאַתְרָהּ וּרְבִיבֵיךְ שְׂגֵלְתֵךְ  
וְלַחֲנִתֵךְ חֲמֵרָה שְׁתִּין בְּחוּן וְלֵאלֹהֵי כִסְפָא-  
וְדַהְבָא נְחֹשֶׁא פְרוֹזָלָא אַעֲא וְאַבְנָא דִּי לֹא-חֲזוּן  
וְלֹא-שְׁמַעִין וְלֹא יִדְעִין שְׂפַחְתָּ וְלֵאלֹהֵא דִּי-נִשְׁמַתֵךְ  
בִּידָהּ וְכָל-אַרְחֻתֵךְ לֵיהּ לֹא הִדְרֵת:

24 בְּאַרְיִן מִן-קְדָמוֹהֵי שְׁלִיחַ פִּסְא דִּי-יָדָא וּכְ-  
וּכְתָבָא דְגַח רְשִׁימָם:

25 וְדִכְרָה כְּתָבָא דִּי רְשִׁימָם מִנָּא מִנָּא  
תְּקֵרָה וּפְרִסִין:

26 דְגַח פִּשְׁר-מִלְתָּא מִנָּא מְנַה אֱלֹהֵא מְלִכּוּתֵךְ  
וְהַשְׁלֵמָה:

27 תְּקֵרָה תְּקִילְתָּא בְּמִאֲזִנְיָא וְהַשְׁחַבְתָּ  
חֲסִירָה:

28 פִּרְס פְּרוֹסָרָה מְלִכּוּתֵךְ וְהַיְבֵרָה לְמַדִּי וּ  
וּפְרִס:

29 בְּאַרְיִן אֲמַר בְּלִשְׁאַצְר וְהַלְבִּישׁוּ לְדִנְיָא  
אַרְגֻנָּא וְהַמְנִיכָה דִּי-וְהַבְנָה עַל-צִוְאַרְהָ  
וְהַכְרִזוּ עֲלוֹהֵי דִי-לְהוּגָה שְׁלוּשׁ תְּלִתָּהּ בְּמִ  
בְּמִלְכּוּתָהּ:

30 בֵּיהּ בְּלִילִיָא קְטִירָה בְּלִשְׁאַצְר מְלִקָּא כֶּשֶׁ  
כְּשִׁרְיָא:



23. Sed contra Dominum cœli extulisti te, cum vasa domus Dei afferrent coram te: tu autem, & proceres tui, uxores tuæ & concubine tuæ vinum bibistis ex eis, deosq; argenteos & aureos, æreos, ferreos, ligneos & lapideos, qui non vident neque audiunt, neque intelligunt, laudasti: DEUM verò, in cujus manu est anima tua, & cujus sunt omnes viæ tuæ, non glorificasti.

24. Itaque tunc ab ea missa pars manus istius, & scriptura ista fuit exarata.

25. Hæc autem est scriptura illa, quæ exarata fuit: MENE MENE TEKEL UPHARSIN.

26. Et hæc sermonis interpretatio: MENE (id est) numeravit, (nempe) DEUS regnum tuum, & consummavit illud.

27. TEKEL, (id est, appendit) nempe appensus fuisti lancibus, & inventus es deficiens.

28. PERES, (id est, divisit) nempe, divisum est regnum tuum, traditumq; est Medis ac Persis.

29. Tunc iussit Belschazar, ut induerent Danielelem purpurâ, & torquem aureum (adderent) collo ejus, ac proclamarent de eo, quod sit dominator tertius in regno.

30. Ea illa nocte interfectus est Belschazar rex Chaldeorum.



# ANALYSIS

Verfic. 1.

בֵּלְשַׁצְאָר, Belschazar.) *Filius fuit Evilmero-*  
*dachi, filii Nebuchadnezaris. Sub Belschazaris*  
*annô primô accidit visio Danielis cap. VII. Et*  
*annô tertio ea, quæ capite VIII. legitur, Et annô*  
*imperii sui ultimô instituit convivium, quod hoc*  
*V. capite describitur, cum quo vitam termina-*  
*vit. Nominis Etymologiam asserunt Hebraei à*  
 אֲשֶׁר בֵּלֶשׁ אֲצִיר scrutatus est thesaurum, nempe sa-  
 crum domus Dei, quem ad luxuriosum convivium  
 translatum impiè prophanavit. Capite VII. i.  
 scribitur בֵּלְשַׁצְאָר transposito א, qd. dicas בֵּל  
 אֲשֶׁר צִיר Bel (est factus) ignis (à DEO) hoste.  
 Cap. I, 7. Daniel vocatus fuit בֵּלְשַׁצְאָר i, e,  
 אֲשֶׁר בֵּלֶשׁ אֲצִיר Bel aservat thesaurum, nempe  
 Babylonia. בֵּל nomen idoli Babylonicum est con-  
 tractum ex בַּעַל Dominus, pro אֲשֶׁר.  
 recondere, aservare, est ex quiescentibus se-  
 cundâ (. Ajin Vav. Reg. 77. & 78.

מֶלֶךְ, Rex.) *Nomen substant. formæ em-*  
*phaticæ, ab absoluto מֶלֶךְ pag. 18. Radix est מֶלֶךְ*  
*regnavit. Hebr. מֶלֶךְ.*

עָבַר, fecit.) *3. sing. masc. præter. in Peal*  
*cum (-) loco (: ) propter gutturalem Reg. 134.*  
*Est ipsa Radix pro Hebr. עָשָׂה, fecit, instruxit.*

לחם



לַחֵם, convivium.) *Nom. sing. masc. R. 38:*  
*formæ absolute, ut לַחֵם, à qua emphatica*  
*לַחֵמָה. pag. 18. primariò panem, cibum,*  
*significat, sed h. l. convivium, epulum, per*  
*synecd. Ab Hebr. לַחֵם vesci. unde לַחֵם panis.*

רַב, magnum, amplum.) *Nomen defecti-*  
*vum secundâ, Reg. 37. membr. 2. Emph. רַבָּא*  
*magnum, amplius. item Magister, Præceptor,*  
*Doctor: Princeps, Dux. à רַבבּ quod ex He-*  
*braeorum usu notum.*

לְרַבֵּי בְנוֹהֵי, Principibus suis.) *Est nomen*  
*plur. cum præf. לְ R. 92. & suffixo וֵהֵי. R. 100.*  
*à verb. רַבַּבּ (quod à רַבבּ per geminationem*  
*primæ radicalis) augeri, amplificari, dominari:*  
*hinc nomen plurale רַבֵּי וֵהֵי Magna-*  
*tes, Principes: quæ posterior forma cum suf-*  
*fixo heic usurpatur.*

אַלֶּף, mille.) *ex Hebr. אֶלֶף. Eius empha-*  
*tica forma אֶלְפֵי, plur. אֶלְפֵי. R. 42.*

וְלִקְבֵּל, & coram.) *Prepositio est cum præfi-*  
*xis, וְ copulativo R. 92. לְ, quod ut לְבַבְּ sepe*  
*particulas indeclinabiles auget. Absolutè לְ so-*  
*litariè est קַבֵּל vel קַבֵּל unde apparet esse Cha-*  
*tephkamez sub ק locò scheva simplicis, ut He-*  
*braicè in קַדְשֵׁים, sanctitates.*







לְהוֹרִיתִי, adducere.) *Infinit. Aphel.*  
cum prefixo לְ Reg. 92. וְ הַּ paragogico Reg.  
114. ab אָרָא venire, quod in Aphel utrum-  
que אָ in אָ convertit, הוֹרִיתִי convenire fecit,  
adduxit. in Passivo הוֹרִיתָ adductus fuit.

לְמִנֵּי vasa.) *Nom. plur. masc. constru-*  
*tum* Reg. 46. אֶּ Sing. מִןּ vel מִןּ vel מִנָּה  
vas: *Plur.* מִנֵּי Reg. 42. *emph.* מִנֵּי  
pag. 18. Scribitur aliàs promiscuè cum אָ, וְ,  
absque eo. לְ h. l. Accusativum notat. R. 92.

וְהִבָּא, auri.) *Vasa auri, i. e. aurea,*  
*qui modus loquendi Orientalibus communis.*  
*Est Nom. form. Emph. ab absol.* וְהִבָּא pag. 18. ex  
*Hebr.* וְהִבָּא mutatio וְ in וְ, de quâ permuta-  
*tione vid. pag. 2. & 3. & Gramm. Harm.*  
*Ludov. de Dieu pag. 9. Legitur hoc nomen*  
*in celebri illo dicto Ben Siræ:* וְהִבָּא צִרִיךְ  
לְקַמְצָאוֹ וְעַלִּימָא לְאַלְקָאוֹ:  
opus habet rufione, sic puer verberatione.  
Etenim tundendo splendescit magis, & in  
puero sublatis per castigationem vitiis, inci-  
piunt emicare virtutes.



וְכֶסֶף, & argenti.) Est nom. form. emph. ab absol. כֶּסֶף p. 18. ex Hebr. כֶּסֶף quod sic dicitur, quia כֶּסֶף desiderabile est, & inexplibilis ejus cupiditas: hinc Eccles. V, 9. אִוֵּהב כֶּסֶף לֹא יִשְׂבַע כֶּסֶף, Amans argentum, insatiabilis est argenti.

וְ, quæ.) Pronom. separ. relat. utriusque generis & numeri, ut Hebr. וְנָשׂא vel וְ, qui, quæ, quod, pro quo in Targum etiam usurpatur prefixum וְ initio vocum adjunctum, R. 88.

וְהִנֵּי, exportavit, transtulit.) Est 3. sing. masc. prater. Aphel Verbi Defect. וְהִנֵּי, egres- sus est: ast hic analogum, juxta not. R. 62. וְ Characteristicum ex Hebraismo pro נ, quod Targumistis usitatum. - al. וְהִנֵּי egredi fecit, eduxit.

נְבוּכַדְנֶצַּר, Nebuchadnezar.) Est nom. propr. Regis Babylonici, qui Beroso Ναβυχο-δονόσορ. & vox composita ex נְבוּ, נֶצַר, & נְאֶצַר, quæ sunt inter nomina simplicia propria. Notandum enim, Assyria & Chaldaea nomina composita esse aut ex duobus simplicibus, ut: נְבוּ-נֶצַר, Nabo-Naslar: aut ex tribus, ut: נְבוּ-נֶצַר-נְאֶצַר, Nebu-cad-nezar. Aliàs נְבוּ adpellativè significat prophetiam, à Rad. נָבֵא, in Niph. נָבֵא, vaticinatus est, prophe-  
tavit.



ravit.  $\text{כֵּד}$  vulgò notat vas. hinc, cadus,  
 $\text{כֵּדֹם}$ , nom. mensura frumentaria, à Rad.  $\text{כָּדַר}$ ,  
cepit, adprehendit, occupavit.  $\text{כִּנְאֲזָר}$ , factum  
videtur ex rad.  $\text{כָּנַז}$ , thesaurum collegit, un-  
de nomen  $\text{כִּנְאֲזָר}$ , thesaurus.

$\text{אָבוֹהַי}$ , avus ejus.) Nomen absolutum est  
 $\text{אָב}$  Pater, avus & majores. De formâ suffixi  
vid. notam R. 114. Ut Hebraicè  $\text{אָב}$  cum suffi-  
xis assumit  $\text{י}$ , sic Chaldaicè  $\text{ו}$ .

$\text{מִן הַיְיֹכָל}$ , ex templo.) Nom. emph. præ-  
ced. præpos. separab.  $\text{מִן}$  & lineolâ Makkaph,  
R. 155. ab absoluto  $\text{הַיְיֹכָל}$  templum, palatium,  
pag. 18.

$\text{בִּירוּשָׁלַם}$ , in Jerusalem.)  $\text{ב}$  est præf.  
per Chirek pro Scheva, ob sequens  $\text{י}$ , Reg. 93.  
observ. 2. notans IN.  $\text{יְרוּשָׁלַם}$  dicta fuit,  
non, ut quidam notant, à  $\text{יְרֹאוּ}$  videbunt, &  
 $\text{שָׁלוֹם}$ , pacem. Jebusæi n. quorum pectora  
lucè verbi divini non fuerunt illustrata, de istâ  
pace nunquam cogitârunt; sed quasi  $\text{יְרֹאוּ שָׁלוֹם}$ ,  
Jeru-Schalém, h. e. timete Schalemum, vos  
adversarii, quibus verbis terrorem hostibus incu-  
tere voluerunt.  $\text{יְרֹאוּ}$  enim est Imperat. Kal, (pro  
 $\text{יְרֹאוּ}$  ad differentiam  $\text{יְרֹאוּ}$ , videbunt) à Rad.  
 $\text{יָרָא}$  timuit, reformidavit,  $\text{שָׁלוֹם}$ , pax, que



vox, Apostolô interprete, idem valet, quod שָׁלוֹם,  
pax. Nomina urbis hujus varia Tostatus hęc  
complexus est distichô :

Solyma, Luza, Bethel, Jerosolyma, Jebus, Elia,  
Urbs sacra, Jerusalem, dicitur atq; Salem.

וַיִּשְׁתּוּן, & biberent.) Est, 3. plur. m. fut.  
Kal ex quiescentibus tertiâ, לָה, R. 82. cum  
Cholem, pro quo in Targum promiscuè est Schu-  
rek ex Hebraismo. Thema est שָׁתָה, cujus ter-  
tia radicalis ה cum א ו י promiscuè usurpatur,  
שָׁתָה, bibit, compotavit, convivatus est.  
Hinc moralis Rabbinarum sententia : השוּתָה  
כּוֹסוֹ בְּבַרְתָּ אַחַת הַיַּי וְזֶה גִּרְגָרוֹ שְׁנַיִם דָּרָךְ  
אֶרֶץ שְׁלֹשָׁה מִנְסֵי הָרוּחַ : Qvi ebibit pocu-  
lum suum vice unâ, gulosus est : duabus,  
civilis : tribus, ex elatis spiritu est, i. e. su-  
perbus.

בְּהוֹן, in illis.) suffixum plur. masc. cum  
pref. בְּ, R. 113.

שְׂגֵלָתָהּ, uxores ejus.) Nom. plur. fœm.  
cum suffixo masc. Reg. 100. quod propriè sin-  
gularibus adjungi solet, quandoq; tamen etiam  
pluralibus pro וְהֵי, ut h. l. Absol. nom. est  
שְׂגֵלָה, Conjux regia. Plur. absol. שְׂגֵלָוֹן, con-  
struētē שְׂגֵלָתוֹן, Emphat. שְׂגֵלָתָא, & hinc cum  
suffixo שְׂגֵלָתָהּ.

ולח



וְלַחֲנֻכָּיהָ, & concubinæ ejus.) *Est pref.*  
*per Schurek pro Scheva, R. 93. observ. 5. cum suff.*  
*ut antec. Reliqu. nomen est plurale; à Sing. לְחֻנְיָה,*  
*concubina, emphaticè לְחֻנְיָתָא gen. fœm. juxta*  
*R. 43. Plurale לְחֻנְיָן, Emphat. לְחֻנְיָתָא. Rad.*  
*est inus. לחן.*

Ad Versic. 3.

בְּאֲרֵין, tunc.) *Ex pref. בְּ אֲרֵין, quod*  
*ex אֲרֵין vel אֲרֵין, commutatis inter se בְּ אֲרֵין more*  
*Chaldaico, juxta annot. ad Reg. 3. Zere est ex*  
*Crasi pro בְּאֵין, Reg. 127. Est autem בְּאֲרֵין*  
*in tunc, ut Hebraicè בְּכֵן in sic: qualis litera-*  
*rum servilium Pleonasmus cum indeclinabilibus*  
*vocibus frequens est.*

הִיתִיו, adduxerunt.) *Tertia plur. masc.*  
*Præter. Aphel אִיתִי vel הִיתִי venire fecit, ad-*  
*duxit, à Rad. אָתָא, venire, advenire. Vid.*  
*vers. preced.*

הִנְפִיקוּ, exportaverant.) *Est 3. plur. m.*  
*Præter. Aphel, ad formam analogam, Reg. 62.*  
*à Rad. נָפַק exire, egredi.*

אֱלֹהֵי, DEI.) *Forma emphat. ab Absol.*  
*אֱלֹהֵי, DEUS.*

וַיִּשְׁתּוּ, & biberunt.) *Est 3. pl. m. præter. Peal*  
*f. Kal, cum Prothesi literæ א, verbo huic fami-*  
*liari,*



liari, est n. Rad. שָׁתָּה, bibit, vid. Buxtorf. Gram.  
Chald. & Syr. in verbo שָׁתָּה, pag. 163. & 164.

Ad Versic. 4.

וַיִּשְׁבְּחוּ, & laudârunt. ) 3. Plur. m. Pabel, per  
pathach in medio, à שָׁבַח, laudavit, glorificavit.

לְאֱלֹהֵי, Deos. ) Nom. pl. constr. ex absol.  
אֱלֹהֵי Dii. Emph. אֱלֹהֵי à sing. אֱלֹהֵי DEUS.

לְ praf. post verbum activum est nota Accusativi  
casus, cum Zeri h.l. per crasin pro לְ, Reg. 127.

נְחָשָׁא, æris. ) Form. emph. ex absol. נְחָשָׁא,  
p. 18. à Rad. נָחַשׁ augurari, conjectare, ominari.

פְּרִזְלָא, ferri. ) Nom. form. emph. ex absol.  
פְּרִזְלָא, ferrum: unde Zere mutatur in Scheva,  
R. 124. פְּ est pro Hebr. פְּ, Babylonicâ dialectô.

אֵצָא, ligni. ) Nom. emph. ab absol. אֵצָא,  
lignum, derivatum ex Hebræo אֵץ, Gutturali  
crasfiore in leniorem mutatâ, & ז in א. Vid.  
Scholion Reg. 3. sub fin.

וַיִּבְנֶה, & lapidis. ) Nom. form. emph. ab  
absol. וַיִּבְנֶה, ex Hebr. וַיִּבְנֶה, lapis, quam formam  
Chaldæi sæpè ab Hebræis mutuò sumunt.

Ad Versic. 5.

בֵּהּ, in eâ, ) Est vocula servilis R. 113. &  
Babylonicè pro בֵּהּ, al. בֵּהּ.

שַׁעֲתָה, horâ. ) Nom. form. emph. cujus absol.  
שַׁעֲתָה, hora. Atqui Kamez penult. Syllaba  
pro-



propter formam Emph. non mutatur, unde ab eâ  
formâ dicendum fuisset שִׁעְתָּה. Plur. שִׁעְתִּין, Em-  
phat. שִׁעְתִּיא.

נִפְקוּ, egressi sunt, ) 3. plur. fœm. Kal, cum  
in fine, q̄s. ex formâ masculinâ; sed legenda cum  
ה, juxta Masorethas, ex formâ fœmininâ, quia  
ad nomen fœmin. refertur, à Rad. נִפַק, egres-  
sus est. Vide supra v. 2. in הִנִּפַק.

אֶצְבָּעַי, digiti. ) Plur. fœm. absol. cujus emph.  
אֶצְבָּעַתָּה, plur. masc. אֶצְבָּעַיִן à sing. אֶצְבַּע, digi-  
tus. Rad. est אָצַבַע, tingere, pingere :  
item sortiri.

יַד-אִנָּשׁ, manûs hominis. ) יַד est nomen  
& ipsa radix. Emph. habet יָדָה & אִידָה. Cum  
lineolâ Makkaph. Reg. 155. אִנָּשׁ est nom. sing.  
masc. absol. pro Hebr. אִנּוּשׁ, unde Cholem in Ka-  
mez longum conversum, quod Chaldeis & Syris  
usitatisimum. Emph. אִנָּשָׁא homo, per Aphæ-  
resin נָשׂא, נָשָׂא, quando nomini בֵּר adjungitur,  
ut : נָשָׂא, בֵּר-נָשׂא, filius hominis. Plur. אִנָּשִׁין,  
homines.

וְכֹתְבֵי, & scribentes. ) Plur. fœm. Part.  
Benoni s. pres. à Rad. כָּתַב, scripsit : hinc Part.  
Pehil כְּתִיב scriptum. Sic Masorethæ vocant  
vocem in textu Biblico scriptam, quæ in mar-  
gine



gine aliâ consonâ ponitur legenda, quam vocant  
קָרָי, & valent idem, quod Hebr. כְּתוּב (scriptum,  
קְרוּא lectum. h. כְּתוּבִים Hagiographa, libri  
Biblici sic vocati, inter quæ & Danielis Prophe-  
tia. כְּתָב Scriba. Quò nomine & Astronomi  
etiam Mercurium Planetam vocant, Scribarum  
& Oratorum præsidem.

נְבִרְשֵׁתָא, lychnuchi.) Legitur & נְבִרְשֵׁתָא,  
nom. form. emph. אֵ לychnuchus, lucer-  
na, q. d. בֵּר שֵׁתָא לִי Lychnus filius anni,  
h. e. dispositus ita, ut toto anno accendatur.  
Hebr. בְּנִירוֹת.


אֵל, in.) Est particula respondens Ebr. אֵל  
& notat ad, apud, juxta, secundum, in.

אֵירָא, tectorio.) Nom. form. emph. אֵירָא  
Calx, tectorium ex calce: item, Jaculum, sa-  
gitta, & sic est אֵירָא traxit, attraxit.


אֵירָא, parietis.) אֵירָא articulus Genitivi  
casus R. 88. & 159. pro quo Rabbinus dicunt אֵירָא  
אֵירָא, Nomen form. absol. dicitur etiam אֵירָא  
Emph. אֵירָא, אֵירָא, paries. Ap.  
Talmud. אֵירָא לְכֹתֵל, Aures sunt  
parieti. אֵירָא.

בִּילָאוּ:











Ung JA 139

ULB Halle

3

002 265 419



Sb.

VD 77

*[Handwritten scribble]*


-7-



JAC  
G







JOHANNIS SPINDLERI <sup>8</sup>  
**HOROLOGIIUM  
CHALDAICUM**

*ad*  
*Methodum Schickardianam*  
accommodatum,  
nunc verò  
revisum & auctum

*ab Illius Successore*

**M. JOHANNES Wölffing/**  
Illustr. Collegii Saxo-Coburgici Lin-  
gvar. Oriental. nec non Mathes. Prof. P.  
& Pædagogiarchâ.



**COBURGI**  
Typis Ducalibus,  
Anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> c LXIIX.

